Biblioteka Jagiellońska.

Nr 6019/2

II

6019/2

Im nam accepi a Rdo Dno Machalski. Julianus

Theologia dogmatica specialis.

Nexus et divisio.

Ex definitione dogmatices specialis in appendice data facile patet nexus doctrinae sequentis cum antecedenti. Etenim jam in eo sumus, ut stabilito firmo principio, ex quo veritates singulae revelatae cum certitudine deducantur, has ipsas veritates, sine quibus ultimum finem nostrum non adsequimur, deducamus, exponemus, solidisque argumentis demonstremus; sponte jam via in hac Theologia speciali dicenda in duas partes dispescuntur. Etenim de veritatibus revelatis tractaturi ejusque fideramus Deum in se, vel in relatione ad mundum, hominesque. —

Pars prima.

De Deo in se considerato.

Momentum et divisio.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

Nollum sane caput majoris momenti, quam hoc, quod de Deo inscribimus. Etenim est Deus:

1. Summa, ad quam homo evehit, idea, meta omnium cogitationum, omnium rerum finis, hujus realitatem demonstrare, attributa investigare, pectum ejus conceptum informare, cujusque hominis maxime interest, Dei illud ens ad se, et ad mundum referendi, nullam habere necessitatem. Est jam insuper
2. Do totius religionis, cujus necessitatem et praestantiam Part. I. Dog. gen. exhibuimus, ac omnis verae sapientiae et felicitatis necessarium fundamentum: Quapropter;
3. Dona relatio ejus cognoscendi necessitatem clare edisserit, dum Christus Joan 17, 3. vitam aeternam reponit in cognitione unius veri Dei, et Paul. Hebr. 11, 6. Accedentem ad Dm oportere credere, quia est edisserit. In hac jam gravissimi momenti doctrina nos luce revelationis propriis egere, et debilitatem rationis in falsis et perversis, quos statuit, Dei conceptibus proprimis elucere, suo loco demonstrabimus. Utentes jam luce revelationis in sequenti tractatu, Deus nobis in essentia sua

in essentia sua bifariam repraesentatur; etenim sicut illa docet unum illum tantum esse in essentia, trinum tamen exhibet in personis. Quapropter nostrum de Deo in se doctrinam duabus sectionibus tractabimus: prior continebit dogmata generis mixti, secunda vero nonnisi dogmata pura.

Sectio prima.
De Deo in se uno.
§ 1. Conspectus dicendorum.

Quae in sectione hac primo dicenda erunt, ad notionem Dei, ejusque existentiam et attributa referuntur. Sic nam in his exponendis versabimur, ut missis illis, quae in dogmatica generali ex ratione intulimus, ea praecipue exponamus, quae revelatio desuper nos edocet, addentes ex ratione, ea, quae in exordio nondum dicta sunt, nec ut dicerentur sibi erat opus.

§ 2. Nomina Dei biblica.

A nominibus, quibus in ss. litteris appellatur Ds exordimur, quia ad notionem ejus informandam pronam sternunt viam. Appellatur in ss. litteris v. f. nomine proprio et praecipuo יהוה (Jehovah), quod nomen Deus ipse sibi indidit, cum Mosen vocaret, hicq. quaerenti, quo nomine Aegyptius appellaret eum, a quo missus e. Exod III. 13 reponens: „Ego sum, qui sum", qua compellatione aeternam jam et immutabilem denotat essentiam, haec enim explicatio potius ad conclusum quadrare videtur, quam illa alia, qua refertur ad fidelitatem in promissionibus ejus. Alterum nomen Dei est Elohim, quod alii derivant ab arabico aleha addomitus fuit, dein coluit, ut sit sume colendus; alii ab insusitato ul, quod fortitudinem denotat, ut sit fortissimus. Deo nam tribuitur haec compellatio in locis, ita tum ut et de aliis e.g. de Angelis, quandoq. et de hominibus adhibeatur, repudiant nam illam formam pluralem majestaticam, in singulari frequenter etiam nomen Dei usitatum occurrit et, fortis quod LXX.

LXX interpretes plerumq; reddunt per θεος. Ceterum ad Dm verum designandum, cum hoc, sicut antecedens elohim, saepius de diis quoq; usurpetur, additurtur adjectiva el elion, Deus summus, el schadai; Deus omnipotens, el hai: deus vivus; elohim: Deus Deorum. Appellatio am el schadai videtur ee antiquissima, sub qua Deus jam Abrahamo Gen 17, 1. apparuit; et LXX vertunt hanc compellationem per θεος v. gr. ὁ παντοκρατωρ; appellatur insuper Adonai, κυριος Dominus, quod nomen soli Deo vero adscribitur. Haec praecipue sunt nomina, quibus in a. t. compellatur Deus. In novo quidem t. eadem de Deo epitheta occurrunt, quatenus benignissime omnibus creaturis prospicit e.g. Matth. 4, 4b, 6, 6. Appellatur τελειος, ens perfectum, Matth 5, 48; et μονος ἀγαθος solus bonus Matth, 19, 17 i.e. in utroq; loco ens perfectissimum, omnibus numeris absolutum. Appellatur etiam per excellentiam πνευμα Spiritus Joan 4, 24; Hebr 12, 9.

§3. Notio Dei biblica.

Quodsi ad haec sola nomina biblica attendamus, quibus in s. litteris appellatur Deus, non difficulter eruitur, qualem de illo mente informatam notionem habuerint ss. scriptores. Etenim ex iis certum nobis e, sub Deo intellexisse eos; ens scil. virtute sua subsistens et independens, Dominum rerum supremum, rerumq; conservatorem, perfectionibus quibuscumq; perfectum, seu brevius: Ens a se, ens realissimum, ens absolutum. Aliqua tamen loca, quae hanc notionem diserte exhibent, adducimus. In exordio Geneseos legimus: „In initio creavit Ds coelum et terram", i.e. hoc universum, „et ea, quae in eo sunt." quibus vbis Ds designatur auctor omnipotens rerum omnium, quod repetitis, pluvimis in locis. Deut 6, 4: „Audi Israël Dminus „Deus noster unus e." cap 32 v. 39: „Videte, quod ego sim solus, et non sit alius praeter me, ego occidam et ego vivere faciam, non e, qui de manu med possit eruere." Patet vbi sicut unus et incomparabilis, sic et independens ab omnibus Ds dicitur. Etm Deut. 4, 39. cap 10 v 4: „En Domini tui coelum e, et coelum coeli, terra et ea, quae in ea sunt." Eadem am, quae in libris Moysis occurrit, e notio Dei in reliquis scripturis a. t. e. g. Psal 101 v. 26-29: „Initio Domine tu terram fundasti, et opera

1.

„ et opera manuum luorum sunt coeli, ipsi peribunt, tu aũ permanes, tu
„ idem ipse ẽ, et anni tui non deficient." Jes: 44. 6: „ Haec dicit Dominus, rex
„ Israël et redemptor ejus, Dominus exercituum: Ego primus et novissimus,
„ et absq; me nõ ẽ Deus." Haec ex A. T. sufficiant, pluribus ẽm in decursu, dum
de attributis divinis agemus, occurrent.

„ Novum aũ foedus eodem modo describit solum bonum Matth 19, 17: „ Unus
„ est bonus Deus" i. e. solus perfectus, describit eum: „ qui solus habet im-
„ mortalitatem, qui lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus homi-
„ num vidit, nec videre potest, cui honor et imperium in sempiternum."
„ 1. Tim. 4, 16: „ Qui Spiritus ẽ." Joan 4, 24: „ Ex quo omnia sunt, et nos in illo." I. Cor.
„ 8, 6: „ Unus ẽ Deus et Pater omnium, qui ẽ super omnes, et per omnia et in
„ omnibus nobis." Ephes 4, 6. „ Qui ẽ, qui erat, qui venturus ẽ." Apoc. 1, 4.
Quibus ex locis et similibus A et N. T. facile constat, Deum describi ens
absolutum, ens a se, ens realissimum.

Nota I. Mosen, nequaquam descripsisse Deum solum formidabilem,
nec ad populum solum Israeliticum pertinentem, ex locis citatis pa-
tet, et uberius traditum ẽ in Archeologia biblica.

Nota II. Cum A. T. ad N. tamquam aurora ad solem meridianum se
habeat, per se intelligitur, perfectissimam Dei notionem datam ẽ
in Novo.

Nota III. In nullo philosophorum antiquõ invenimus notionem talem,
qualis describitur in A. T. secure asserimus, id historia philosophiæ
docet, et observare licet ex iis, quæ diximus §20 et §21. Pars I. Dog. gen.

Nota IV. Notionem Dei philosophicam, qualem dedimus P. I, §I, eam-
dem ẽ ac biblicam, ex comparatione illius cum hoc §elucet, notio-
nem aũ hanc philosophicam rationem debere revelationi (debet) pa-
tet ex §21, Pars I, dog. generalis. –

Nota V. Dubitarunt aliqui, an possit Dus definiri? Respondemus
distinguendo. Si sc. sub definitione enumeratio notarũ intelligi-
tur, qui-
bus Dei conceptus ab alio quocumq; conceptu distinguitur, Dus eo fit
definiri; si vo sub definitione talis enuntiatio omnia verbis vestita

vestita descriptio intelligat, quae internam Dei naturam exhaurit, de definitione Dei semper esse non fit; nemo enim tales rerum etiam reliquarum definitiones postulat. –

§4. Existentia Dei. –

Deum existere i.e. ideale omnium perfectionum seu ens absolutum extra conceptum, quem de eo mente nobis informamus, objectivam habere realitatem, s. scriptura A et N.T. omni fere pagina, ut ex locis citatis patet, dixerunt, imo A. jam T. stultum declarat eum, qui Dm existere negat: "Dixit insipiens in corde suo, non est Deus." Psal 13,1. – Quoniam enim existentiam Dei non demonstrant, sed potius eam supponunt, eo, quod ea creaverit, ad homines fuerit beneficus et infinita patraverit miracula. Nec mirum in N.Gg. S. demonstrationes non invenimus, cum Stus et Apostoli ad tales loquerentur, quibus illa res erat notissima et persuasa. De Judaeorum enim, sti tempore, fide in unum Dm aliunde constat, sed et gentiles existentiam numinis non negabant, ubi et in ipso concepti erraverint, quibus ego verum illum unius Dei conceptum erat subministraturus. Quibus argumentis ex ratione petitis Dei existentia probatur, quidq valeant illa argumenta diximus S.I. Pars 1. hic illum notamus S. Litteras, etsi existentiam Dei proprie non demonstrent, physico-theologico tamen argumento multum ponderis tribuere, et ad illud exhortari, e.g. Job. 12, 7.: "Interroga jumenta, et docebunt te, et volatilia coeli et annunciabunt tibi, et narrabunt pisces maris, quis ignorat, quod ea haec manus Dei fecerit." Psal. 18, 2.: "Coeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annunciat firmamentum, dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam." i.e. ea docent Dm existere. Sap 13, 5; Eccle 43, 1; Idem docet Paulus, dum ad Rom. scribit I. v. 19-20: "Quia, quod notum est Dei, manifestatum est in illis; Deus enim illis [i.e. gentilibus] manifestavit – invisibilia enim ejus a creatura mundi [a mundo creato] per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiternaq virtus ejus et divinitas ita, ut sint inexcusabiles." Dicit Paulus, neminem excusari, qui Deum plane ignorat, utpote, cum per rerum creatarum ad ejus cognitionem ascendat; paritev Acta 14, 14-17. Ex his verum probatur, quod Pl. §3. diximus de valore hujus argumenti. Fides jam Ecclesiae patet ex ejus symbolis, quae incipiunt: "Credo in unum Deum" cuncta

†) sanctorum, una voce credentium in Deum, ex quos sequitur, vitia, quæ §4. per I enumeravimus, totidem doctrinas contra definita Ecclesiæ Catholicæ dogmata seu hæreses esse. –

Nota. Usus practici generales ex hac doctrina deducendi sit:

1. Hunc Deum, ac talem, a quo toti pendemus, lactia agnoscemus, hanc doctrinam contra falsas Idealismi, Materialismi, Spinozismi, et Atheismi doctrinas defendamus. –
2. Illum ad nos referamus sancta Religione, cujus necessitatem ac præstantiam experimur Pl. et.
3. Beneficium revelationis agnoscamus, quo sola in tanta de habilitate rationis humanæ hanc fidem supra se dubium collocat, et generi humano conservat, quod ultimum, monitum ad totam sequentem doctrinam de attributis quoq. divinis pertinet. –

§4 et 5. De attributis divinis in genere.

Non satis est nosse, existere Deum, et quasi in cumulo dicere, qualis ens. cepibus cum nomine Dei conjungi debeat, sed necessariam est ideam Dei, in quantum fieri potest, evolvere, et in singulis suis partibus considerare, quo accuratius ejus consideratur, eo majorem in eum cogitandi et agendi rationem exercet influxum. Probata ejus existentia Dei, et notione generali exposita, tractandum est de attributis ejusdem. Intelligimus autem attributa Dei nostræ perfectiones, quas de Dei substantia necessario oportet prædicare. Placet vo divina attributa distinguunt, tum per cognitionem nostram, seu subjective, tum vo objective, nam ex Dei perfectione reapse idem est intra se, atq. idem cum divina essentia; nihil est accidentale in Deo, sita necessaria in ente necessario, nihilq., quod ab eo queat separari, ex qua observatione falsam atq. impiam declaramus Socinorum sententiam, qua aumunt, attributa in Deo esse accidentalia, realiter, a Deo distincta. Etsi autem intra se non differant divina attributa, concedendum tamen est, relate ad nos, ut intra se permiscentur, aliud enim reapse indicat justicia, aliud benignitas, aliud omniscientia. –

Adjuncta ad §5.

Attributa divina sunt perfectiones divinæ, quæ de Dei existentia necessario prædicari debent. Hæc divina attributa distinguuntur per cognitionem nostram sou. subjectivo n vo objectivo, nam res Dei perfectiones reapse sunt inter se, ata, idem cumdivina essentia, nihil em accidentale in Deo, via necessaria in Ente necessario. Omnis distinctio itaq, virtualis i.e. a diversis sumpta virtualibus, quæ in una eademq, re pro diversitate effectuum cogitantur, et quarum mens nostra in se contemplanda, modo hanc, modo illam explicite missis reliquis apprehendit. Attributa distribuuntur donorum divisionibus, utpote, n probatis, considerabimus Deum quoad ejus existentiam, quoad cognitionem, quoad voluntatem, quoad statum ejus internum. –

§6. Viæ ad cognitionem eor perveniendi. –

Cum Ds non dm in sensum et experientiam n cadat, sed et cognitio Dei adæquata homini finito impossibilis sit, quia ens finitum infinito capiendo nunqm e sese, patet, ad eam nostram cognitionem attributor divinor perveniendi, aliam n dari viam, nisi illam conclusionis ab illis quæ in rerum natura pulchra et præclara invenimus ad Dm, qui illorum e auctor, quidquid em in effectu e, debet quoq, in causa ee, appellant hanc viam, viam causalitatis; Interim tamen bifariam dividitur hæc via in viam eminentiæ et negationis. Attribuimus scil. Deo perfectiones qualescumq, quas in natura hominis præcipue delegimus, illasq, summo in gradu ei adjudicamus, hoc e via eminentiæ. Imperfectiones vo qualescumq, ab ejus conceptu resecamus, hæc e via negationis. Illa am via ita de Deo prædicamus, ut in unum conceptum entis absoluti singantur e.g. n talem bonitatem ipsi tribuentes, quæ excludat o, tollat justitiam. Hanc ex rebus creatis ad Dei attributa concludendi viam incurrit Paulus Athenienses dicens Act 17, 29: „Genus ergo cum simus Dei, n debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, et cogitationis hominis divinum [i.e. donum naturam] ee simile. Sic argumentatur Paulus: „ cum nos, qui ratione et intellectu prædili sumus et vivimus, a Deo originem trahimus, n e putandum materiæ, vita et ratione carenti divinam essentiam ee similem, sed jure, quidquid præstans

praestanō in hominis natura deprehendimus, Deo attribuimus."

Nota I. Cum cōs nostra attributōr dīvōr cognitio analogica sit, per illam dīvinam essentiam non exhauriri, in propatulo ē, et saepius observatum. Pluribus insuper in punctis ista cognitio anthropopathica erit i.e. peregrinis aliorumbus nostrūm humani quid erit admixtum, dum sc. de Deo loquentes, sic loquimur, quasi humanōs effectus ei tribuamus, et si de Dei amore, ira, poenitentia loquamur, et ipsae loquendi formulae plures erant anthropomorphicē, si sc. tali modo de eo loquimur, quasi plane corpore humano sit circumdatus, utpote, cum de eo videre, aut ire etc. praedicamus. Exempla harum phrasium in ipsis s. libris deprehendimus. Putamus ejusmodi anthropopathias et anthropomorphismos nunquam prorsus abfuturos ē, quibuscunq; hōnes sumus hicce in terris degentes, et humana lingua utimur. Ipsi s. scriptores praecipue A. T. ad humilem et captum naturae humanae se demittebat, ceterum bene exponentes, quomodo illa intelligi debeant, ut conceptus entis supremi stet salvus, quod sequentia abunde probant, animarum ām curatores in id enitantur, ut ōbis consueto adhibitis puriores ejus conceptus, additis necessariis explicationibus subjiciantur.

§7. Divisiones attributorum divinorum.

Attributa dīvina diversimodo diversi dividunt, quamvis et sine divisione illa commode tractari posse putemus, quapropter rei in notitiam proponimus divisiones hic enumeramus, et quidem dividunt aliqui:

1. In negativa et positiva, sub illis intelligunt ea, quae cōs similes, entium finitōr a Deo excludunt, sub his vō positivis, quibus perfectiones de Deo praedicantur. Hanc ām divisionem aptam n habemus, cum membra divisa invicem ingrediantur, utpote cum negativis, ut videbimus, aliquid positivi et viceversa insit. —
2. Aliqui dividunt in moralia et physica, sicut in homine distinguntur natura a libertate: Sub illis intelligunt ea, quorum ē aliqua cum voluntate divina conjunctio, sub his, quorum nulla talis intercedit. Ad priora referunt e.g. sanctitatem, justitiam, benignitatem, et ad posteriora: simplicitatem, omniscientiam, omnipraesentiam. —

3. Critici philosophi dividunt in ethica, quae Deo competunt propterea, quia ē summum bonum originarium, et metaphysica, quae in Deo theoretice debent cogitari et postulari, ut finis bonor sit possibilis. Placet ut. ut ex systemate Kantiano ultra fluat, divisis tamen minus quadrare in Deitate, quia ut summum bonum originarium cogitetur, Deus aeq, cogitandus ē immensus, aeternus etc, quae ad metha physica numerant, sicut ss. omnipotens, justissimus, quae in numerum Ethicor referuntur. Eadem fere observatio in antecedentem divisionem quadrat.

4. Alia eaq, frequens maxima ē; in quiescentia et operativa ἀνέργητα et ἐνεργήματα. Quiescentia illa appellant, ut sunt: Unitas, immensitas etc; operativa eo, quibus conceptus efficientiae ineēt, e.g. omnipotentia, sapientia etc; quapropter et dicunt, quiescentia referri ad Deum, quatenus ē substantia viva. Negandum in hac divisione n ē, nomen quiescentium attributorum pabulum offendere, cum in Dei natura excellenti quietis nil cogitari possit. Monent etm alii, etsi objective nullo in eo quies cogitetur, tamen relate ad nos, seu subjective posse cogitari, et illam divisionem retinere volunt, cum congruo nitatur dividendi fundamento. Ne ām quiescentium nomen offendat, mutant illud in immanentium, seu in Gott bleibend, operativa nominant transeuntia.

5. Alii dividunt in communicabilia et non communicabilia; priora dicunt, quae entibus creatis quodammodo tribui possunt, ut sapientia, sanctitas etc; posteriora, in quibus id non obtinet. Minus aptam habemus denominationem, cum nullum ex integro communicari possit attributum, alio ām respectu considerata cum priori divisione coincidit.

6. Dobmajer ām progredieno ex fundamentali Dei notione, secundum quam ē auctor et rector omnium, universi, dividit attributa in metaphysica, quae rationem possibilitatis; in physica, quae rationem existentiae; et in moralia, quae rationem finis ultimi exprimunt. Expositis his divisionibus variis, ipsam enumerationem attributorum et demonstrationem aggrediemur methodo illa, qua una

qua una perfectio aliam ordine suo excipere videtur, si talis entis absoluti in se, deinde relate ad mundum sive physicum, sive moralem sibi informavit. –

§8. Spiritualitas. –

A spiritualitate exordimur, quoniam concludendo per analogiam ex rebus creatis ad Dei attributa, nulla in his praestantior occurrit, qm natura spiritualis. Act 17, 29: Est am Spiritus substantia simplex, intelligendi et volendi facultate praedita. Simplicem am appellamus substantiam, cujus possibilitas n ex compositione partium pendet, qla propter Spiritum opponimus corpori, quod est aggregatum ex partium compositione constans. Deum ee Spiritum, primo ex ratione sic probamus: Cum Ds cogitandus sit ceu ens originarium, ceu absolutum. –

1. Omnes limites, adeog omnem partium compositionem, quae spr limites involvunt, ab eo abesse, jure concludimus, eumq pterea substantiam simplicissimam cogitamus. –
2. Compositio partium spr supponit dependentiam ab aliquo, qui compositit, cum jam Deum cogitemus independentem, ens necessarium, oem compositionem, a qua ejus realitas pendeat, excludimus. –
3. Plane am simplicissimam naturam vi intelligendi et volendi praeditam ee, persuadetur nobis, quia fines physici et morales summo conspicui, supponunt auctorem intelligentem et volentem, quod fusius infra docebimus, qm Spiritus e simplicissimus. –

Nota. Ratio qm, quod ex dictis patet, prorsus nullum corpus Ds attribuit, vocat eum propterea Spiritum purum.

Secundo. S. Litterae directe et indirecte modo Deum ee simplicissimum Spiritum nos edocent, diserte nempe eum appellantes Spiritum et ab eo removentes, quae Spiritui opponunt. Tradunt em:

„ 1. Deum invisibilem ee 1. Tim. 1, 17.: Regi saeculorum immortali et
„ invisibili, soli Deo honor et gloria". 6, 16. Matth.: „ Lucem inhabitat

„ inhabitat inaccessibilem, quam nullus hmn vidit, nec videre pt.
„ Thom 1, 20: „ Invisibilia ejus per ea, quae facta sunt, conspiciuntur."
2. Non licere formam Dei adumbrare, eumq; vic cum corporibus ca-
„ ducis et interiuris comparare. Exod 20, 4: „ Non facies tibi sculptile,
„ neq; oem similitudinem, quae e in coelo desuper, et quae in terra
„ deorsum, nec eor, quae sunt sub terra in aquis." Deut 4, 12. Cua
„ propter et Isaias describens summam Dei majestatem c. 40 quae
„ rit v 18: „ Cui go similem fecistis Deum, aut quam imaginem po-
„ nelis ei?" Et Paulus Rom. 1, 23; gentes reprehendit, quod mutaverint
gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibi-
lis hmis, vic morem illis exprobrando Deum forma humana vestiendi.
„ Et Act 17, 29: „ Non ee comparandum Deum, dicit, auro, et argento re-
„ lus corporeis." –
3. Spiritum Dm expresse dicit Dns Joan. 4, 24. in colloquio cum muliere
Samaritana, quae ab eo quaesivit, ubi Dm adorare oporteat, sive
„ Jherosolymis, sive in monte Garizim? Cui respondit: „ Venit hora,
„ et nunc e: i.e. jam adest, quando veri adoratores adorabunt Patrem
„ in spiritu et veritate, nam et Pater tales quaerit, qui adorent eum,
„ Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum in spiritu et veritate, opor-
„ tet adorare. Dicit hic Dns Deum Spiritum, nulli ee loco adstrictum.
Tertio. Ecclesia dm catholica hanc de simplicissima Dei spiritualita-
te doctrinam semper retinuit, quod patet ex damnatione Audianorum,
qui duce Audeo Syro saec IV. Anthropomorphismum crassum docuerunt,
quor sententiam Epiphanius Haeres 17, et Theodoretus haereticor fabu-
lor l. IV. perstringunt. Concilium dm Laodicenum damnavit. Cum dm
error ille resuscitaretur, Concilium Lateranense IV. sequentem defini-
„ vit Canonem: „ Firmiter credimus et confitemur, quod unus sit et
„ verus Deus aeternus et immensus, omnipotens et incommutabilis,
„ incomprehensibilis et infallibilis, una essentia, una natura om-
„ plex. omnino. /: i.e. ocidis corporeis nr visibilibus, purissimus
Spiritus et omnis naturae expers:/. –

Nota I. Qui spiritualitatem Dei ex ss. litteris impugnant, provocant ad ea loca, in quibus Deo manus, pedes, oculi, aures &c. attribuuntur, vel qui dicta §6 perpendant, et cum iis loca, quae in ipso hoc § adduximus, comparent. Loca am, in quibus dicitur, Angelos videre faciem Patris Matt. 18, 10: „nos visuros ee aliquando Deum". Cor 13, 12: 1. Joan, 3, 2. huc n pertinent: etenim semo n e de visione per sensus, sed videre in illis locis significat translata significatione Deum cognoscere, beatitate apud Deum frui. Visiones am, quarum fit mentio in s. litteris n st intelligendae de visione divinae essentiae, sed de visionibus per symbola, v. g. de Angelis corpore humano assumto, aut de visione prophetica in somno vel extasi.

Notae II. Accesserunt aliqui etm, Patres quosdam, nominatim Melitonem Sardensem, Tertullianum, Epiphanium quasi Deo corpus tribuerint, sed imerito. Patres em, ut monet Josephus Antius Cantoba in ed. versatione critica Mediolani 1773 impressa, corpus saepe dixerunt substantiam veram in oppositione nihili. Tertullianus de carne Chti c. II. ait: „Omne, quod e, corpus e sui generis, nihil est incorporabile, nisi quod non est. Ex quo loco facile explicat, locus ejusdem ad Praxeam c. 7: „Quis negabit, Deum corpus ee; etsi Deus Spiritus e, Spiritus em corpus sui generis in sua effigie e."

Nota III. Ex dictis facile patet, errare eos, qui putant doctrinam de Spiritualitate Dei vere adiaphoram ee connumerandam. Etenim, ut nihil dicamus, sententiam haereticam ee, certum e, sublata Spiritualitate simplicissima, notionem entis absoluti perire. —

Nota IV. Usus am practici ex hac doctrina fluunt sequentes: a). Si Deo, quod probabimus postea, similes sumus, v. g. ad imaginem ejus creati, Spiritu ono, n am corpore, quo ille caret, similes ejus fumus, quod nos exhortat, et cultum Spiritualem nostri praecipue invigilemus, animumq; adhibeamus speciem, qua in dies magis ac magis similes ipsi evadamus.

b). Cultus noster vis, quem Spiritui Deo impendimus, spiritualis sit, quod ipse Jesus Joan 4, 24. urget, ne similes fiamus Judaeis carnalibus.

carnalibus, qui labiis quidem solis Deum adorabant, quor cor vo longe, ab illo aberat, quod Judaeis jam exprobrat Isaias 29, 13; et Xtus vitupe„ rat in contemporaneis suis Matth 15, 8. –

§9. Aeternitas.

Spiritus e Deus; cum jam plures existant naturae spirituales, quae„ rit„, quomodo ille Spiritus Deus, ab oi qualicumq„ natura spiritu„ ali discernat„? Respondemus: praeprimis eo, quod nullis neq tempo„ ris neq loci limitibus adstringat„, nulla„ determinationum vi affec„ tuum successioni sit obnoxius, seu quod sit aeternus, omnipotens seu immensus et immutabilis. Primo go de aeternitate. Vocabulum aeternum in s. litteris et usu loquendi communi, quandoq (logum) tum tempus indicat, cujus terminus n e definitus, quo spn: Deus Abracha„ mo Genes 13, 15. terram sanctam promittit in sempiternum; quan„ do notat et id, quod finem n e habiturum, etsi initium habuerit e.g. „ Sixtus suis Joan 10, 28.: „ Vitam aeternam promittit." Proprie tum adhibetur de eo, quod et initio et fine caret, et hoc tum de uno solo De vero usurpat„. Quodsi hanc notionem popularem philosophice defini„ amus, erit aeternum illud, in quod temporis limites, ejusq„ successio n cadit, erit go aeternitas illud attributum divinum, quo a Deo limites tempo„ ris, ejusq„ successio non cadit, Dei perennem n et immutabilem omnem„ folge Dux Gmis excludunt[ur]. In De go ita cogitamus simultaneo, quae zeitliche Dinge mit ihr mitzieht, unbestimmbare, allum„ fassende Dinge ohne Succession ununterbrochen vorhanden; conceptui, qui nobis tempori adstrictis sane difficilis e, attamen necessarius. Aeternum hanc in rem pulchre notat cl. Liebermann.: „ Nos tum cum in aeter„ nitate partes succedentes finximus, similes sumus iis, qui, cum se„ cundo flumine ferantur, litora et arbores moveri sibi fingunt." Facile porro intelligitur, quomodo aeternitas ab immutabilitate distin„ guatur, etiam dum immutabilibus entibus initium adjudicamus, quam„ vis fine careant in aeternum, in Deum tum neq initium, neq finis ca„ dit. Esse tum Deum aeternum probatur. 1mo Ex ratione, et quidem:

a/ Si ẽm Dꝰ initio et fine nõ careret, nõ ẽet ens necessarium, sed dependeret ab eo, quod ipsi vr. originem daret, vr. finem posset adferre, quod notioni entis absoluti repugnat.

b/ Temporis limites, ejusq; successio sũ sm formae sensualitatis nostrae, cum jam Deus purissimus sit, limites sensualitatis quales, cumq; adeoq; et temporis jure ab eo excludimus, seu aeternum cogitamus.

2do Ex s. Scriptura. - S. litterae N.T. hoc attributum Dei pulcherrime enuntiant. Psalm. 89, 1-4: „Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra et orbis, a saeculo et usq; in saeculum tu es Deus". „Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, quae praeteriit." Est popularis descriptio Dei, qui initium nõ habuit, et in quem temporis successio nõ cadit. Psal 101. 25-28: „In generationem et generationem anni tui. Initio Domine tu terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt coeli, ipsi peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut operterium mutabis eos et mutabuntur, tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient." Sensus est, tu Deus per seculorum generationes vivis, ita transeunt, tu autem in aeternum manes. Idem Isaias paucis dicit, 41, 4.: „Ego primus et novissimus." Quod Joannes Apocalipsi 1, 8 sic exprimit: „Ego sum Alpha et Omega, principium et finis", qui libus verbis pariter inest popularis determinatio descriptio. Uno verbo Paulus 1. Tim. 6, 6. hoc attributum exprimit: „Qui solus habet immortalitatem", qualenus scil. per se et necessaria immortalis est, i.e. sine quidem, sed ei initio careat, a quo solo reliqua entia immortalitatem nanciscuntur, 1. Tim. 1ª, 2. II Petri; 3, 8; quo in loco Apostolus respiciens Psl. 89. discrimen annorum negat.

3tio Ex Patribus, solum citamus s. Augustinum, qui confessionem Lg. Num 24, haec habet: „Per quam (sc. sapientiam) fiunt

„ fuerunt ōia ista, et quae fuerunt, et quae futura sunt, et ipsa non fit, 3.
„ sed sic erit semper, qui in solius fuisse, et futurum ee, ñ e in eo, sed ee
„ solam, quoniam aeterna est." Quibus vbis accuratissimam exhibet aeterni-
tatis definitionem. Cui ad ēsiū doctrinam provocamus in hoc et in peliquis
attributis ad Canonem Concilii Lateranensis IV supra citatum. —
Nota I. Propter hoc attributum appellamus Deum ens a se i.e. cui nemo
originem dedit, vox ullam substantiam (Thomam) ad volverunt Theologi,
dum de aeternitate Dei physica loquerentur.
Nota II. Usus practici sunt.
1. Aeternus e Deus, aeternitati gō et nos destinamur, quod nos excitat, ut
immortalitati Spiritui nostro praecipuam curam geramus, quo-
rentes ante ōia regnum Dei et justitiam ejus, quod praecipit Christus Matt. 6.
2. Caduca et bona terrena omnia qualiacūmq, ñ gō sic utamur, qua-
si pretionem redituri illi, qui ad aeternam requiem nos vocavit. —
3. In adversis ām erigamur, quoniam breve e tempus tribulationis nostrae
et passiones hujus temporis nequeunt comparari cum aeterna bea-
titudine, quae post exantlatos feliciter labores revelabit in nobis.
4. Veloci pede fugit tempus, tempori gō parcamus, illoq ad salutem no-
stram utamur, ne forte ad nos aliquando, cum revocari ñ possit,
semel nobis elapsum. —

§10. Omnipraesentia.

Sicut a Deo vēs temporis, sic et loci limites ab eo excludimus, seu agnosci-
mus illum omnipraesentem. Est gō omnipraesentia illud attributum
divinum, quo nullis loci limitibus circumscribitur, seu potius ubique e. Hoc attributum donum appellant etm immensitatem,
quia loci mensura ñ determinatur divinae substantiae. Probat ām hoc
attributum divinum. 1.mo ex ratione sic:
a). Limites loci, sicut temporis, sunt sensualitatis entium finito-
rum, quas gō a Spiritu absoluto separandas necessario. Ceterum:
„ b). Cum s. Chrysostomo Hom 22. in epistolam ad Hebraeos dicimus: Quod
„ Deus ubiq sit, scimus, quomodo ām non intelligimus, non intelligi,

/.

„ non intelligimus eo, quod empiricam Dñi praesentiam nobcamus, et na-
„ turam et operationem Dei penitus perspicere nobis haud sit datum;
„ oportet absq; subtili disputatione eum dono praesentiae tenere morum,
„ qui et Deo dignus sit, et nostrae virtuti ac tranquillati conveniens. Sci,
licet, et indigentiae nostrae morales postulant Dñm omni praesentem,
nisi effugere nos posse a Deo, eumq; latere, quod fecimus, putemus,
quo posito Deus neq; judex de posset entium moralium, neq; curam
gerere providam eorum, quae facit.

2. S. Scriptura pulcherrime hoc attributum divinum infinitis in locis
exponit. Etenim jam Josephus Aegyptiacus de eo persuasus Gen.
„ 39, 9. cum ad libidinem eum ellicere vellet mulier, exclamat: „Quomo-
„ do ego possum hoc malum facere, et peccare in Deum meum?“ –
Agnovit ergo Deum praesentem. Deut 24, 39: Moses ut exhortetur po-
„ pulum ad mandata Dei servanda, dicit: „Scito ergo hodie, et cogitato
„ in corde tuo, quod Dominus ipse sit Deus in coelo sursum, et in ter-
„ ra deorsum, et non sit alius.“ Quo dicto omni praesentiam divinam
„ populari modo enunciat. Psl. 138, 7-13: „Quo ibo a Spiritu tuo, et
„ quo a facie tua fugiam? Si adscendero in coelum, tu illic es, si descen-
„ dero in infernum, ades, si sumsero pennas meas diluculo, et habita-
„ vero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, et te-
„ nebit me dextra tua: Et dixi forsan, si dixero profecto, tenebrae
„ conculcabunt me, obumbrabunt me, et nox illuminatio mea in
„ deliciis meis, i. e. Lux, qua circumdor, verebatur mihi in tenebras,
„ ut deliciis frueor, quia tenebrae non obscurabuntur a te, et nox
„ sicut dies illuminabitur; sicut tenebrae ejus, ita et lumen ejus.“
Sensus est: Tu ubique praesens es, nil propterea coram te absconditur. Simi-
„ li modo Salamon in inauguratione templi immensi Dñi Dei proteatur,
„ dicens 3 Reg. 8, 27: „Ergo ne putandum est, quod vere Deus habitet su-
„ per terra?“ Si enim coelum et coeli coelorum te capere non possunt,
„ quanto magis, sc. non capit, domus haec, quam aedificavi? Item
„ 23, 29: „Pulasne Deus e vicino ego sum, dicit Dñus? et non Deus de

/.

„ de longe? si num occultabitur vir in absconditis, et ego non videbo, eum
„ dicit Dominus? Numquid non coelum et terram ego impleo, dicit Dō.
„ minus?" Sensus est: Deus pro immensitate et omnipraesentia sua
„ omnia etiam occultissima scit. Paulus ām Act. 17, 24 dicens: „Deum non
„ in manu factis templis habitare," et v. 27, et 28.: „Non longe abeē illum
„ ab unoquoq nostrum, nos in eo vivere, moveri et eē." Idem attributum
clare enunciat. –

3. Pro fide Esaiae praeter Concilium Lateranense IV adducimus symbo„
lum sic dictum Athanasianum, in quo Deus Pater immensus dicitur,
immensus filius, immensus et Spiritus Sanctus. –

Nota I. Diversis testimoniis s. Scripturae citatis non obstant loquendi
formulae, in quibus dicitur Deus habitare in coelis, descendere in tera„
ram, de coelo despicere etc. sunt ēm phrases illae modo humano adap„
tatae, quibus non aliud annuitur, quam Deum se specialiter manife„
stare, illum actione quadam singulari operari; ipsa ām insuperbo„
minis structura et erecta frons nos adducit, ut ad coelum oculos tol„
lamus et vel ibi Deum praecipue in Majestate sua conspicuum cre„
damus.

Nota II. Usus ām practici sunt maxime frugiferi:

1. Etenim in adversis nos consolatur, quia Deus nos non reliquit solos
laborare, sed nobis adest, in judiciis ām modestos et temperatos con„
servat, quia testem actionum habemus omnipraesentem. –
2. A peccatis vocat etiam occultis, quia nos sicut dies coram omni„
praesenti, illumq non fugit, quod sine homine teste perpetratur,
sed et exhortatur ad virtutem, etsi nemo hominum sit, qui studium
nostrum observet Matth 6, 1-7. –

§11. Immutabilitas.

Mutari dicimus id, in quod affectiones v. g. circa naturam, v. g. circa deter„
minationes sibi succedunt, adeoq id, quod quoad naturam v. g. incrementi
v. g. decrementi est capax, v. g. quoad decreta non sibi constat. Nos hic lo„
ci de immutabilitate Dei quoad naturam praecipue loquimur, al„

teram.

/.

alteram, quae ex hac sequitur, doctrinae de voluntate reservantes, ad quam proprie pertinet. Est ergo immutabilitas illud attributum, quo omnis affectionum successio a Deo excluditur, seu prohibetur: quo semper idem est, nec in melius, nec in deterius potest verti. –

Esse quoad naturam immutabilem Deum probamus: 1.° Ex ratione: a). Omnis qualiscumq; mutationis adsit oportet causa, quod si ergo Deus mutari posset, a causa aliqua dependeret, in ejo est ens a se et absolutum. –

b). Quodsi mutari posset, mutaret se, vel in melius vel in deterius, et tunc neq; in uno, neq; in altero casu est ens perfectissimum, quod pulchre enunciat Dabmayer dicens: „Si enim (in) melius, dignus nomine Dei haud est, qui ad meliorem fortunam progrediatur, et sic quasi Deus fiat: si in pejus, o miserum illum! quem, ne omni Majestate orbatum videamus, periculum est".

2. „Ex s. Scriptura. Sic jam in antiquo Foedere Num 23, 19.: „Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur." Psal 101 cit.: „Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient." Malach 3, 6.: „Ego enim Dominus et non mutor." Jacob 1, 17.: „Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio et vicissitudinis obumbratio."

3. Pro fide Essiae vide supra allatum concil. Later IV. Adde potest s. „Augustinus, qui libro 12, de civitate Dei c. 1. dicit: „Immutabile bonum non est, nisi universus Deus." –

Nota I. Si Deus dicitur amare incipere peccatorem conversum, eum poenitere, misericordia moveri etc; dicit, ut in s. litteris ea significent, eum mutari sicut mutamur nos, haec enim et similia ad modum hominum dicta sunt.

Nota II. Neq; Deus mutatus dici potest eo, quod creaverit mundum, jam pridem quam quercus annosa ad ripam fluminis plantata, per aquae decursum mutationem patitur; aeternum decrevit creationem.

creabilem Deus, sic nec gloriae, nec felicitatis augmentum accedere. mendum passus, qui sibi soli sufficit. –

Nota III. Usus practici: a). Verbo nunquam simus similes, qui Deum immutabilem adoramus, sed firmo characteri animi adquirendo omnibus viribus studeamus.

b). Bonis hujus terrae caducis nunquam inhiemus, quippe, praeterit enim figura hujus mundi 1. Cor. 7. 31.: „Solus beatus, qui apud Deum immutabilem est dives."

§12. Intellectus divinus. –

Cum Deus sit Spiritus, vis ejus Spiritalis in intellectu et voluntate praecipue consistat, de hoc ipso intellectu et voluntate Dei nunc sermo instituendus, videndum, quomodo ea in Deum se habeant. Et quidem, quod attinet ad intellectum, sub eo communiter venit facultas cognoscendi. Quam intellectum in Deum transferimus, de facultate non erit sermo eo sensu, quo facultatem in entibus finitis sumimus, quae scil. incrementum et decrementum admittit, quae cum infinita et immutabili Dei natura conciliari non potest, neque sermo proprie ei poterit de eo, qui eo nomine invocavit, et pariter non est, nisi entium finitorum. Quod ergo de intellectu Divino loquimur, intelligimus sub eo actum purum, quo Deus sua cognoscibilia uno indivisibili simultaneo aeterno et infallibili exhaurit. Ihre vollkommenste Erkenntniß, in welchem Gott alles vollkommen mit einem einzigen unzertheilbaren, nimmer ruhenden und gewissen Entschluß umfaßt. Et ipse intellectus divinus dicimus, non differt a scientia ejus summa seu omniscientia, qua probata, simul probatum erit, Deum summo gaudere intellectu et infinito. –

§13. Omniscientia.

Per omniscientiam divinam intelligimus eo illud attributum Dei, quo omnium rerum habet cognitionem perfectissimam, removentes jam ab hac Dei scientia eos limites cognitionis humanae dicimus:

1. Illam quoad ambitum ea infinitam, qua perfectissime novit primo

i. primo se ipsum, deinde oēa res creatas, quae actu existunt, existerunt unquam aut existent, qua omnium rerum possibilium quoq; habet cogni-
tionem perfectissimam, qua novit actiones hominum oēs, intimasq;
cordis cogitata et sensa, futura etiā ōia, etsi a libertate liberum pen-
dant. –

2. Quoad modum am illam dicimus simultaneam i. e. in quam loci et tem-
poris limites, adeoq; nec praeteritum nec futurum cadunt, qua ōia
intuetur praesentia, intuitione simplicissima et perfectissima, prop-
terea.

3. In Deum nec cadere memoriam, nec abstractionem, nec reflexionem,
nec ratiocinationem, nec dubium, nec errorem asserimus. Hoc am
attributum sensu spectato, Deo competere probamus:
1. Ex ratione.
a). Postulat hoc attributum Dei immensitas, qua ōibus rebus praesens adē,
nec loco quocunq; determinatus, sed et aeternitas, qua in tota essentia
adeoq; et in scientia nulli adstringit tempori, immutabilitas qua suc-
cessio nulla in eo dat, effectionum quā obtineret, nisi una intuiti-
one simul ōia comprehendere posset. –
b). Postulant etiā indigentiae morales, etenim, nisi cordium et oēr-
tator, et abscondita ōia nosceret, si q. minimum quoq; modo eum
effugere posset, praelio nostro morali aestimando nec esset par, sic
nec tribuere posset ad mensuram praemii nostri debitam condignem.
2. N. am litterae in ōibus partibus dogma nostrum probant, et
quidem generaliter illud de Deo praedicant, dum I Reg. 2, 3. legimus
„: Deus scientiarum Dñus e." Esther 14, 14. „Te Dne, qui habes ōium
„ scientiam". Joan 3, 20.: „Major est Ds corde nostro et novit om-
„ nia. – In specie am:
a). Deo tribuit „perfectissima scientia ōium rerum creatarum, Job 18, 24.
„: Ipse em fines intuetur, et omnia, quae sub coelo sunt, respicit.
„ Qui fecit ventis pondus, et aquas appendit in mensura." Psal.
„ 112, 5. „Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, et
„ humilia respicit in coelo et in terra! Jes 40, 26.: „Levate in caelum

„ in coelum oculos vestros, et videte, quis creavit haec, qui educit in nu„
„ mero militiam eorum: i.e. astra, et oes ex nomine vocat, accuratis„
„ sime noscit. Hebr. 4, 13: „ Et n e ulla creatura invisibilis in conspec„
„ tu ejus, omnia aut nuda et aperta sunt oculis ejus." Ine sententia:
Deus res oes creatas novit perfectissime. Imo Psalm. 93. et plurimis
alis in locis, ex eo, quod Deum oia creavit, infertur, illum quoq; oia
„ nosse, dicitur quasi in exemplo v. 9: „ Qui plantavit aurem, non
„ audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?" Sed novit etm Deus:
b/. Actiones hnum, novit ea quoq; quae in internis cujusq; fiunt, Psal.
„ 7, 10. „ Consumatur nequitia peccatorum, et dirriges justum scrutans
„ corda et renes Deus." i.e. intima hnum, v/. quae in cordibus agun„
„ tur, novit Deus. Jerem 17, 9/: „ Pravum e cor oium et inscrutabile,
„ quis cognoscet illud? Ego Dns scrutans cor et probans renes." –
„ Psal. 138 - 1-6. „ Dne probasti me et cognovisti me, tu cognoviti
„ sessionem meam, et resurrectionem meam/ i.e. dum sedeo v/ sur„
„ go/ intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam et fini„
„ culum meum investigasti, et oes vias meas praevidisti, quia non
„ e sermo in lingua mea; ecce Domine tu cognovisti oia novissima
„ et antiquissima, tu formasti me, et posuisti super me manum
„ tuam, mirabilis facta e scientia tua ex me; confortata e, et non
„ potero ad eam." i.e. admirabilis mihi e haec tua scientia, non pos.
sum illam comprehendere. Novit et hnum peccata sicut actiones bo„
„ nas. Psal. 33. 16-17: „ Oculi Dni super justos, et aures ejus in preces
„ eorum, vultus aut Dni super facientes mala." Proverb. 15, 3. „ In oi lo„
„ co oculi Dni contemplantur bonos et malos." Insuper cognoscit Deus:
„ c/ Cuibus res creatae egent auxiliis. Psal 37, 10: „ Domine ante te des„
„ derium meum, et gemitus meus, n e a te absconditus." Matth. 6, 8.
„ : Scit em Pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum."
„ v. 31 et 32: „ Nolite go solliciti ee dicentes: Quid manducabimus, aut
„ quid bibemus, aut quo operiemur, haec em oia gentes inquirunt,
„ scit em pater vester, quia his oibus indigetis." In his aut:
d/. Scit et minima ita, ut prorsus nihil eum fugiat, Matth 10, 19. –

„ Nonne duo passeres asse venduntur, et unus eorum non cadit super
„ terram sine Patre vestro; vestri autem capitis capilli omnes numerati sunt.
„ Sicut ergo ea praesentia novit realiter existentia, sic et ea:
e) scit possibilia dicente Paulo ad Roman. 4, 7. „ Et vocat ea, quae
„ non sunt, tamquam ea, quae sunt." Sed novit et
f) futura, et quidem absolute futura, sicut futura sub conditione.
Huc pertinent ea vaticinia V. et N. T. quae Deo inspirante locuti
sunt S. Prophetae, quorum complementum docet, Deum futura
ita nosse, ut ea, quae a libertate hominum pendent, cum plu-
rima vaticinia ut ex studio biblico notum, et a nobis P. III. D. q.
dictum est, hominum actiones liberas spectent imo hanc futura-
rum cognitionem Isaias notam veri Dei characteristicam
„ pronunciat 41, 23: „ Annunciate nobis, quae ventura sunt in
„ futurum, et sciemus, quia Dii estis." Loquitur scil. de falsis Gen-
tium Diis. Illud ipsum quoq. Suzanna eloquitur Dan 13, 42.
„ exclamans: „ Deus aeterne! qui absconditor es cognitor, qui noisti
„ ea antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium tu-
„ lerunt contra me." Novit et conditionale futura, etsi nunq.
„ eveniant dum ait Matth. 11, 21. ait: Ve tibi Corozaim, ve tibi
„ Bethsaida, quoniam si in Tyro et Sidone factae essent virtutes,
„ quae factae sunt in vobis, olim in Cilicio et cinere poenitentiam
„ egissent." Novit Deus poenitentiam acturos fuisse sub conditionis an-
nunciati illis Evangelii - Deum ea perfectissime. -
g) omnia praeterita nosse, et nominatim eos, quae contra moralia perpe-
trarunt, nota oblivisci exinde patet, quia Deus iudex universorum
in ss. litteris dicitur, quod haec scientiam supponit. Sed ipsum ex
doctrina de immutabilitate divina, quae disperte in ss. litteris traditur,
infertur et ex locis adductis, quae scientiam illimitatam enun-
ciant, abunde comprobatur. Quapropter pro corollario ea unum
comprehendentem locum ex ecclesiastic. 13, 26. sqq. exponimus.
„ : Omnis homo dicens: Quis me videt? tenebrae circumdant me, et
„ parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit me, quem vereor?

„ quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus, non
„ intelligit, quoniam oia videt oculus illius et non cognoscit, quoniam oc-
„ culi Dni multo lucidiores sunt super solem circumspicientes vias
„ vias hominum et profundum abyssi, et hnum corda, intuentes etab-
„ scondita partes, Dno en Deo antequm creerentur oia sunt cognita, sic
„ et post perfectum respicit oia."

3/. Illanc am doctrinam et Patres ces passi, quorum testimonia collegit Petavius Tom. I. Pauca hic am propter rei momentum adjicimus, quod pre-
„ scientiam futurorum, de qua testatur Tertullianus contra Marcionitas
„ L. 2. c. 6. „ Praescientia Dei ait, tantos habet testes, quantos fecit pro-
„ phetas." Et Hieronimus Coment. in Jerem. affirmat: „ Qui necdum fac-
„ ta, jam facta sunt." –

§14. Omniscientia Dei non tollit libertatem humanam.

Quamquam nemo, qui Deum credit, ei v. intellectum v. scientiam perfectissimus abjudicaverit, non tmn defuerunt, qui huic attributo quoad praescientiam futurorum a libertate humana pendentium limites ponerent. Inter hos merito computatur Cicero, qui L. 2do de divinatione c. 7. di-
„ cit: „ Nihil est tam contrarium rationi et constantiae quam futura, ut
„ mihi neque in Deum cadere videatur, ut sciat quid casu et fortuito
„ futurum sit." Non poterat sc. cum libertate humana futurorum praesci-
„ entiam conjungere, et propterea monendi s. Augustino L. 5. de civit.
„ Dei c. 9. „ Ut homines faceret liberos, facit sacrilegos." Erant am et post illum plures, qui in eandem concinerent sententiam fere ejusmodi argumentantes: Si Deus praevidet futura, quae a libertate hmna pendent, in hac ipsa praevisione infallibili omnino debent evenire, quae praevidit; go cessant ee actiones hmnae liberae; quodsi am liberae sint, i. e. tales, quae v. tali v. alio modo fieri possunt, Deus n potest praevidere, quid eventurum sit. –

Ad hoc am respondemus generaliter: Cum ex una parte certissimis rationibus ss. Litteris sciamus, certe in Deum cadere perscientiam futurorum,

ex altera, ām aeque certe constat, nos ēē liberos; tota illa quaestio ad modum dogmatis pertinet, cujus ignoratio sicut in reliquis ōībus, quae certa sunt, non potest quemquam turbare, quod diximus in doctrina de possibilitate Revelationis. –

Insuper ām dicimus – quae pro solutione hujus quaestionis in specie adferamus, proeunde S. Augustino loco citato – scil. ipsi adversarii concedunt, intuitionem actionum praesentium hominis libertatem non tollere, eo, quod haec intuitio in modum actionis non influit. propterea etsi non abnegant scientiam praesentium, cum jam in dē um temporis limites ei successio non cadunt, in illo praeterita et futura sicut praesentia mera sunt intuitio, et quod relate ad nos tempori adscriptos ē praesentia, apud illum mera scientia ē, quae prorsus actionem n mutat. Insuper omnis illa praescientia Dei hypothetica ēē est, i. e. praevidet Deus, hominem fali, et non alio modo peracturum voluntatis determinationem ēē facturum, nequaquam ām praescientia causa ē hujus, et non alterius actionis. Non propterea dicimus, quod Deus praedevidit, sed Deus praevidit, quia actum eramus, (Solenz).

Nota I. Divisiones in scholis usitatae:

Una quidem ē in Deo scientia indivisa, attamen quoad nos ut observavimus quoad objecta variē dividi potest. Propter rei notitiam celebriores divisiones adferimus:

Loquuntur scil. Theologi:

a/ De scientia necessaria, qua cognovit Deus semetipsum perfectissime. (quia Deus ipse ē necessarius ideo appellata necessaria)

b/ De scientia libera in oppositione antecedentis, qua cognovit res universas, v/. praesentes v/. praeteritas v/. realiter futuras quam etiam appellant scientiam visionis; huic scientiae ponunt in opposito visione:

c/. scientiae simplicis intelligentiae, quae continet scientiam mere possibilium, quae evenire quidem possunt, attamen nunquam eventurae sunt. –

d/. Saeculo 16. Ludovicus Molina S. soc. Jesu Theologus novam speciem introduxit, quam scientiam mediam vocavit, quia inter scientiam liberam et illam simplicis intelligentiae, quae verorum circa conditiona-le futura, quae revera quidem futura non sunt, fuissent cum futura, si certa conditio posita esset. - Volebant per illam scientiam gradiae Dei cum pluvia phaenomena explicare et per illam cum decretis divinis libertatem concordari putabat. Suo loco de his pluvia occurrent; ceterum magnas illa excitavit controversias et propter illam habitae sunt satis notae congregationes de auxiliis coram Clemente VIII pontifice; at discessum infectis rebus.

Nota II. Usus practici:

Praeter illos, quos in praesentia adduximus, qui huc quoq; pertinent, hoc attribuatur donum:

a/. Nos excitat ut veritatis cognoscendae spe studeamus, quoniam sic similes evadimus Deo sapientia potenti et veritatis studium in aliis, quantum possumus, promovemus.

b/. Ne umquam secundum speciem hominem externam agamus, hanc quidem fallere possumus, Deus vero cor intuetur. -

§15. Voluntas divina.

Non eadem est voluntatis definitio, nos enim sequimur eos, qui eam definiunt facultatem Spiritus, cognita et ad bonum proprium relata, ponendi vel removendi. Quodsi voluntatem in Deum transferimus, facile patet, quod de intellectu observavimus, nos nequaquam loqui de facultate incrementi vel decrementi capaci, neq de nisu imbecillitatem involvente, neq de successione decretorum temporis limites supponente, sed Dei voluntas non erit nisi actus simplicissimus, quo perfectissimam cognitionem operans sequitur, vel intellectus Dei infinitus actuosus cognitatus (wir sollen sie kennen, Gottes, göttlich erkannt, d. i. sein Wissen). Non differt enim intellectus realiter a voluntate, quidquid enim in Deo realiter Deus est, et non separandum a divina essentia.

Dari dm voluntatem probatur:

1/. Ex ratione sequitur, enim:

a/. Ex illa simplicitate Dei (spiritualitate, intellectus, voluntas).
b/. Postulant voluntatem intellectualem et moralem indigentiae nostrae, quae tenus neq. mundi originem, neq. summi boni consecutionem explicare, mus, nisi eam absolutam cogitemus actuosum i.e. voluntate praeditum.
„ 2. Ex s. Scriptura. Ps. 103, 6.: „Deus noster in coelo sua quaecumq. voluit, fecit. Idem am Matth. 6, 10. „Patrem nos orare docet: „Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra." Joan. 4, 3.: „Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me." Pariter Matth. 17, 21. Sed n opus est in re jam manifesta vibus, qui dm cognoscunt, concessa testimonia conglomerare, praecipue cum sua sequentia attributa hanc doctrinam eloquuntur.

Nota. Divisiones voluntatis duae:

Ex dictis patet voluntatem divinam nonnisi unam se simplicem, aeternam et immutabilem, tamen sicut scientia varie dividitur relata scil. ad ob„ jecta, ad quae spectat. Et qdm distinguunt Theologi.

1. voluntatem necessariam, qua ds vult semetipsum, sibiq. in semetipso complacet perfectissime.

2. voluntatem liberam, qua vult Deus extra se creata. plane dividunt:

a/. in absolutam, qua decernit nulla habita ratione, ad qualemcumq. condi„ tionem e.g. qua vult mundi creationem.

b/. hypothheticam, qua decernit habito respectu ad alqm conditionem ponen„ dam, e.g. qua Deus decernit homines salvare sub conditione fidei et virtu„ tis. Dividunt porro:

α/ in efficacem, qua sequitur, quod Deus vult, e.g. mundi creatio.

β/. in non efficacem, qua non sequitur, quod Deus intendit e.g. dum Eze„ chiel 24, 13 dicit: „Mundare te volui, et non es mundata ex defectu" scil. conditionis positae. Distinguunt am: [illegible]

☥ voluntatem beneplaciti, qua reapse et interne vult, quod declarat.

☐ voluntatem signi, qua aliud vult, quam verbis manifestavit, e.g. dum Genes. 22 immolare Abrahamum jubet filium Isaac. Denique di„ stinguunt:

I/. Ordinatam, qua vult aliqua directe existere, et

II/. Permittentem, qua n vult impedire existentiam rerum voluntatis ejus

voluntatis ejus non conformium e.g. peccatum. Possunt hæ divisiones inservire ad diversa s. Scripturæ loca explicanda.

§16. Omnipotentia.

Attributis jam attributis ornatam hanc voluntatem infinitam credimus, est exponendum. Dicimus: Credimus illam voluntatem immutabilem, omnipotentem, sapientissimam, atq. justissimam, et propterea liberrimam. Inde ea de omnipotentia, de immutabilitate, cum dicta §11. huc pertinent, aliqua infra de fidelitate et de decretis Divinis occurrent.—

Per omnipotentiam intelligimus illud attributum divinum, quo ea efficere potest, quae secundum perfectissimam cognitionem vult. Ex hac definitione facile intelligitur, quomodo omnipotentia a potentia entium finitorum discernatur, differt enim:

1mo Extensione, cum entia finita suis limitibus coarctentur, omnipotens vo, quaecumq. possibilia sit, realiter dare queat, dein vo entia finita materiae existenti adstringuntur, instrumentisq. egent, dum Deus sola voluntate, ex quo non sit, ad existentiam vocat, seu proprie creat. Sola regulariter seu impossibilia objectum omnipotentiae Divinae non sunt, idvo nemo sanus ipse limitationem dixerit, cum potius perfectio summa sit, Deum sibi contradicere non posse. Neq. derogat omnipotentiae Dei, quod n possit ee corpus, non dormire, ejusmodi etc. haec enim n sit potentiae sed imbecillitatis.

Esse am Deum omnipotentem probamus:

1). Ex ratione, nam:

a). Illam postulat ratio theoretica, quae ab existentia rerum contingentium concludit ad potentiam absolutam, nisi cum, fortasse regressum in infinitum stabilire velit, qui repugnat.

b). Postulat em finis bonus, qui sub conditione illimitatae potentiae fieri possibilis sit (§2. P. I. D. q. Ut nil dicamus.

c). Evalescunt limites, qui potentiam Dei v. ad materiam v. ad instrumenta adstringunt, notioni entis absoluti in se contradicere.—

2/. S. Scriptura ám plena est magnificis omnipotentiq Dñp encomiis. Psal. 32.6: „Verbo Dei coeli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum". v.9 „Quoniam ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt." Simplicissima sane et magnificentissima Dñp potentiae descriptio, cui consonant vba Moysis. Gen.1.3. „Dixit Dominus: Fiat lux, et facta est lux." Job 38, 4. segq.: „Ubi eras, quando ponebam fundamenta terrae? Indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuram ejus, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? super qua bases ejus solidatae sunt? aut quis demisit lapidem angularem, cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei? Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulva procedens, cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud, quasi pannis infantiae involverem? Circumdedi illud terminis meis, et posui vectem et ostia, et dixi: Usq huc venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos?" etc. Similia occurunt c.g v. 4-10.: „Quis praestitit ei, et pacem habuit? Qui transtulit montes, et nescierunt hi, quos subvertit in furore suo, qui commovet terram de carduco suo, et columnae ejus concutiuntur, qui praecepit soli, et non oritur, et stellas clausit sub signaculo, qui extendit coelos solus, et graditur super fluctus maris etc." c. 26. 4-13. Psal. 135. Isai 40, 1. et 2. 41 praecipue, a versu 24 incipiendo. Demonstratio porro stringens et maxime popularis sunt miracula via, quae Deus jam in ct. S. patravit, ipsa facta populi Israelitici, quo secundum sapientiam et sapientissimum consilium, quidquid tentare, sint adversarii executioni mandavit. Accedat ct. S. praeter miracula, quae narrantur, provocamus ad dictum Gabrielis ad Virginem Luc. 1. 37.: „Quia non erit impossibile apud Dm omne verbum". i.e. quidquid voluerit, deinde ad Matth. 19, 26.: „Respiciens autem Jesus dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum vero omnia possibilia sunt." Ephes. 3, 20. „Ei, qui potens est, omnia facere superabundanter,

„ superabundanter, quam petimus et intelligimus." Röm 11, 36. 1. Tim. 6, 15.
Appellatur Dō solus potens, rex regum, et Dominus dominationum. –
3). Ex Patribus nominamus s. Augustinum, qui sermone 129 de tempore
„ ait: „Non dico da mihi Arianum, da mihi Judaeum, sed da mihi pagaesse
„ num, idolorum cultorem, daemonum servum, qui non dicit: Deum omn.
„ potentem, negare illum potest, negare omnipotentem non potest." –
Usus practici:
a). Consolatur nos hoc attributum in adversis fiduciamq nobis indit,
pore ut, qui in adjutorio Altissimi habitat, in protectione ejus com„
retur, Susceptor ēm ejus ē Dominus, et refugium speranti, ipse li„
berabit filiolum de laqueo venantium. Psal. 90.
b). In gravi sensualitatis cum Spiritu pugna; recordatio omnipotentis
nos confirmat, quoniam, quod imbecillitati nostrae deest, ejus supple„
bit infinita potentia ad Philipp. 4, 13.
c). Spe justum recreat felicitatis aeternae, quam tribuet, qui solus
est potens, et eodem modo a peccatis avocat hominem.

§17. Sapientia.

Quidquid ām illa voluntas Dīna vult aut efficit, adornatum est ad
leges summae sapientiae, seu voluntas divina est sapientissima. Sa„
pientia scil. est, bona capere consilia, et ad ea efficienda eligere et
apta media. A mensura ēo consiliōr bonitatis et mediōr aptitudinis
gradus sapientiae dependet. Quodsi id, attributum in Deum transferi„
mus, erit illud, quo in capientis consiliis et eligendis mediis leges
summae perfectionis sequitur, ut adeo, quoad consilia, non possint
cogitari excellentiora, et quoad media non aptiora. Sic facile dis„
cernit sapientia Dīna ab humana, quae pro limitatione entium mora„
lium non semper scit, quid inter plura sit optimum, etsi illud sci„
at, saepenumero media eligit minus apta. Esse Deum sapientis„
simum probatur.
1. Ex ratione et quidem:
a). Ad admirabilem Dei sapientiam ipsa diligens rerum creatarum
consideratio perducit, quae quamquam a nobis non ex integro per„

perspiciandum, tamen quo suo loco et ordine iisq; adminiculis instructa cernantur, quae stupendam, nunquam exhauriendam Dei sapientiam praedicant. Diligens studium historiae naturalis, physicq; et astronomiae copiosam huic augumento materiam suppeditat. –

6/. Postulat infinitam sapientiam natio entis realissimi, et attributa ante exposita, sibi ēm Do ipse repugnaverit, si summam, qua gaudet, scientiam, et qua optima unu intuitu simplici perspicit consilia et summam potentiam, qua in adhibendis mediis per nullam remoram, pedibus, non sequeretur.

c/. Demonstrant indigentiae moraleq; etēm de summi boni consecutione desperandum ēct, si v/. nesciret, v/. non posset media quaeque aptissima adhibere Deus ad finem bonorum efficiendum. –

2dō Eadem est s. litterarum doctrina, quae passim ex hoc triplici respectu summam Dei sapientiam infernunt. Etenim jam Genes. 1, 31. legimus: „Vidit Deus cuncta, quae fecerat, et erant valde bona" i.e. finibus suis consequendis convenienter aptata. Job c. 28. consideratis rebus creationis v. 12 continuat: „Sapientia vō ubi inveniter, et quis est locus intelligentiae? et v. 21, affirmans illam incomprehensibilem ēe entibus finitis, soli Deo perviam declarat: „Abscondita est ab oculis omnium viventium, volucres quoq; coeli latet, perditio et mors i.e. abyssus et mors, quae tamqm personq inferuntur, dixerunt: auribus nostris audivimus famam ejus, et ipse novit locum illius, ipse ēm fines mundi inluetur, et ea, quae sub coelo sunt, despicit, cf. c. 12. 12-16. „Apud ipsum est sapientia et fortitudo, ipse habet consilium et intelligentiam." Psal. 103. sacer Auctor varias sapientissimi mundi ordinis scenas enumerat, et demum v. 24. subdit: „Quam magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia tua fecisti." Praecipuam porro sapientiae Dono laudem proverbia continent, praecipue c. 8. in quo illa loquens inducitur hunc in modum v. 22. seqq.: „Dominus possedit me (sapientiam) in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret, a principio, ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam

5.

„ antequam terra fieret, nondum erant abyssi, et ego jam concepta
„ eram, necdum fontes aquarum erumperant; necdum montes gravi
„ mole constiterant, ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fe-
„ cerat, et flumina, et cardines orbis terræ, quando cœlos præpara-
„ bat aderam, quando certa lege et gyro vallabat abyssos, quando
„ æthera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum, quando
„ circumdabat mari terminum suum et legem ponebat aquis, ne
„ transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ, cum
„ eo eram cuncta componens, et delectabar per singulos dies, lu-
„ dens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, et deliciæ meæ
„ esse cum filiis hominum! Post hanc pulcherrimam descriptionem
„ dacet Scriptor invitat homines ad eam quærendam v. 33. Estote
„ sapientes, et nolite abjicere eam/sapientiam/, beatus hō, qui au-
„ dit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes
„ ostii, qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Dño,
„ qui autem in me peccaverit, lædet animam suam; omnes, qui me o-
„ derunt, diligunt mortem." Similia occurrunt c. 24. Eccles. – In novo am
„ cedere Deus sapientissimus prædicatur, præcipue, qualenus est duc-
„ tor Religionis christianæ, quasi fundamentum et fons omnis veræ sapi-
„ entiæ et felicitatis. Locus classicus est in 1. Cor. 21-25: „Quia in Dei sa-
„ pientia non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per
„ stultitiam prædicationis salvos credentes facere, quoniam et Judæi
„ signa petunt, et Græci sapientiam quærunt, nos autem prædicamus
„ Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentilibus vero stultitiam,
„ ipsis autem vocatis Judæis atq; Græcis Christum, Dei virtutem et Dei sapi-
„ entiam." Sapientia (σοφια) duplici in sensu h. l. occurrit, pro philoso-
„ phica sapientia, i. e. humana, et deinde pro divina sapientia, qua sal-
„ vare voluit homines Deus. Sensus est: Sapientia divina in missione Salva-
„ toris ejusq; redemptione o. maxime apparuit, atq; adeo in prædicatio-
„ ne Evangelii, quod tamen multi sapientia sua inflati et superbi rejo-
„ cerunt, et stultitiam putarunt, quam infinitam am sapientiam sonabe

a/. probe intelligunt, qui vocati ad hanc sti religionem illam amplexati sunt.
In similem porro hanc et hominibus nunquam exhauriendam sapien-
" tiam Paulus contemplans ad Rom II, 33. exclamat: O altitudo divitiarum
" sapientiæ et scientiæ." Jacobus am I, 15. Deum fontem eis sapientiæ de-
" clarat dicens: "Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui om-
" nibus dat affluenter"; i.e. abunde. Hæc am doctrina exhortativa, ut:
a/. Sapientiæ ad Deum accedere, enitamur i.e. ut optima quæq; consilia
secundum optimam scientiam semper eligamus, justaq; media
ad ea efficienda inquiramus.
b/. Ut cum in finem cultus intellectus nostri diligenter invigilemus.
c/. Nullam sapientiam veram reputemus, nisi quæ est in sto Jesu
Domino nostro et propterea.
d/. Quia in vera tm sapientia animas nostras possidemus, lumen
sapientiæ i.e. doctrinæ sti latius semper diffundere curemus,
illamq;
e/. Sapientiam monente Jacobo. l.c. precibus ardentibus a Deo postu-
lemus. –

§18. Sanctitas.

Omnia am, quæcumq; sunt, et disponit Deus, secundum leges sum-
mæ sanctitatis adornat, quia ipse est increata sanctitas. Quid
sanctum in entibus moralibus significat, ex ethica notum est, no-
bis scil. consensionem voluntatis cum lege morali sue voluntate
Dei. Transferentes hanc notionem in Deum, sub sanctitate in-
telligimus illud attributum, quod tantum probat, quod cum perfec-
tissima ejus natura, v. quod idem est, cum summa perfectione
consentit, ex quo facile intelligitur, quod a natura Dei:
i/. Non tm excludamus peccatum qualecumq;, et peccandi possibili-
tatem, sed et.
2do/. Ei nequaquam virtutem adscribamus in sensu consueto, qua stu-
dium et laborem involvit, et sensualitatis illecebris saepe in con-
trarium pellitur, quod in Dei perfectissimam naturam non cadit,
sed et: 3tio/. –

3tio De Dei sanctitate loquentes, ei non tribuimus habitum, qui repetitis ejusdem generis actionibus contrahitur, qui pariter nidum et cognomen indigitat, et actionum successionem supponit, quod fumere vetat ejus immutabilitas. Intelligimus igitur his sechusis sub sanctitate Divina stadium aeternae consensionis divino voluntatis, cum perfectissimo cognitione, quo in facto, ut facile intelligitur et minimum peccatum abhorret, minimoque bono delectatur, actiones enim malium non respiciens tum externas, sed minimo, quae in cordibus aguntur, interna. Summa Dei sanctitas probatur,

1. Ex ratione et quidem:

a/. ex notione entis absoluti. Etenim si potest ens absolutum aliud diligere et velle, quamquod cum summis ejus perfectionibus convenit, seeus sibi ipsi contradiceret, quod destruit notionem entis absoluti.

b/. Qui naturam humanam sic ordinavit, ut virtutem summum bonum judicet, eaq de causa voce instruxit absolvente v. damnante, prout bene v. male fecit, ille hocce summo bono destitutus eo non fit, adeoq si potest non delectari nisi eo, quod sanctum et moraliter perfectum est. Quia proinde.

c/. Sanctissimum dicto sensu postulat Deum ipsius completi boni nostri consecutionis possibilitas, quae nullo esset, nisi de pretium nostrum morale velit judicare et aestimare, quod summam sanctitatem supponit.

2do Ex s. litteris, et qdm:

Una illor haec vox est, Deum ee sanctissimum, dum v. expresse eum sic vocant, v. etiam id unice urgent, et voluntatem Dei declarant, ut hnes vitae sanctimonia inducata eam segnantur. Leo 11, 44: „Sanc„ ti estote, quoniam ego sanctus sum". Deut. 32, 4. „Deus fidelis est, et „ absq illo iniquitate justus et rectus." Psal. 5, 5-7.: „Quoniam non Deus „ volens iniquitatem tu es, neq habitabit justa te malignus, neq per„ manebunt injusti ante oculos tuos. Odisti oes, qui operantur iniqui„ tatem. Psal. 14, solus, qui pulcherrimam continet descriptionem eor, „ qui Deo placent: „Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis „ requiescet in monte sancto tuo - qui ingreditur sine macula, et fope„

„ operatur justitiam etc. Huc pertinent porro ea exhortationes prophetarum, qui complacentiam Dei et promissa sub conditione divina sanctitatis enunciant. In N. T. Deus vocatur τέλειος, perfectus. Matth. 5, 48: „Esto te ergo perfecti, sicut pater vester coelestis perfectus est." coll. cum Matth. 19, 17: „Unus est bonus Deus", i.e. unus vere sanctus." 1. Petri 1, 15-16: „Et ipsi in omni conversatione sancti sitis, quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum." 1. Joan. 3, 3. „Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est." Jacob. 1, 13: „Nemo, cum tentatur dicat: quoniam a Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est ἀπείραστος ἐστὶ κακῶν, qui ad peccatum induci nequit, ipse autem neminem tentat." quo in loco possibilitas peccandi a Deo excluditur. Ceterum conferendi sunt etiam loci, quos infra de justitia divina citabimus.

Nota I. Ex his locis apparet, Deum sensu nostro in ss. litteris dici sanctissimum, etsi ea in iisdem ss. litteris vocabulum יקר pretium significat venerabilem, celebrandum, et sanctitas pro majestate, de et gloria Dei veniat, ut in Jes. 6, 3. dicatur: „Seraphim clamant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum", quo in loco significat nomine venerabilem, vel si istis erare non placet, Matth. 6, 9. „Sanctificetur nomen tuum." i.e. tu Deus celebreris et colaris; hisce nullo modo turbamur, id enim nil aliud probat, quam idem vocabulum saepe plures significati, ones habere, pro nostro jam sensu vix loca classica, in quibus jubemur sanctitatem Dei imitari, cum in iis de amore boni, aversatione mali, rectitudine vitae, morumque probitate necessario firmo est, quia majestatem Dei et gloriam nemo imitari potest.

Nota II. Loca ss. litterarum et exempla, quae evincere videntur, Deum malum velle, v. praecipere malum, ubi pote, cum cor indurare dicitur, si hanc obcoecat, errare facit etc. adjunt de voluntate Dei malum permittente, aut propter culpam hanc gratiam subtrahente. Permissionem jam mali cum summa sanctitate non pugnare in prospatulo est, deberet enim libertatem hominis tollere et prosi-

bilitatem

possibilitatem peccandi adimere, quo in casu hō desineret ee hō, i.e. ens rationale finitum. Sanctitas ām est, sufficientia per sapientiam suppeditare media, quibus peccata caveantur.

Nota 3. Usus practici:

a). Quod si Deus est sanctissimus per virtutis exercitium studium ei simi-les evadamus, ad quod ss. litterae, ut ex locis citatis patet nobis excitant, huc ōia tendendi conamina.

b). Modus ām virtutis superiora semper fedelere evitamus, ut vir-tutem propter virtutem diligamus, tali ēm tantum modo Deo pla-cebimus Spiritui sanctissimo. Matth 5, 46.

c). Pretium ām alior non secundum faciem judicemus, neq secundum, quod ex bonis externis possident, sed secundum vitae sanctimoniam, jdem secundum pretium internum et Deus eos judicat sanctissimus.

d). Virtutem ām et vitā sanctitatem verbo et exemplo promovendam apud omnes, quoniam sic illm diligemus fratres, verum ēt bonum promovemus, nam illi tm Deum sunt visuri, qui, mundo sunt cor-de. Matth 5, 8.

e). Quapropter etsi vitā casus et infortunia nos premant, simus tranquilli, si bona apud Deum gaudemus conscientia, diviles ēm apud Deum vitā sanctitate, non derelinquimur unquam.

Nota IV.

Plane sanctitatem donum illm appellant sanctitatem internam, a qua distinguunt externam seu justitiam, de hoc, ut sermonem nunc faciamus, postulat ordo, antea tamen specialia attributa, quae ex sanctitate immediate derivantur sunt tractanda. —

§19. Veracitas, Fidelitas et Sinceritas. –

Intelligimus nomine veracitatis donum illud attributum, quo ejus dicta cum perfectissima cognitione semper consentiunt. Fideli-tas ām est illud attributum, quo, quid promisit, constantere et exac-te exsequitur. Sinceritas vō illud, quo facta semper proferunt, quod vult. –

/. A Deo go non ll̃m oē mendacium, dol et oēm illusionem et deceptionem, humanamq; in promissis constantiam excludimus. Haec at tributa ām in ipsa sanctitate dīna fundari, patet, cum mendacem, vlis non constantem, subdole agentem, neq; inter hnes bonum et probum appellamus. Argumentago:

1mo Ex ratione, eadem sunt, quae pro sanctitate et immutabilitate divina adducimus.

2do S. Scripturae ām specialim illae probant, nam:

„ a/. Quod veracitatem attinet, legimus Num 23, 19.: „Non ē Ds, quasi hō, qui mentiatur." Joan. 8, 28.: „Qui misit me, verax est." Rom. 3, 4. „Est ām Deus verax, omnis ām hō mendax." Tit. 1, 2.: „In spem vitae aeternae, quam promisit, qui non mentitur" /scr. vrs. mentiri nesciens/ Hebr. 6, 18.: „Impossibile est, mentiri Deum".

„ b/. Quoad fidelitatem Psal 32, 4.: „Rectum est vbum Dni, et ōia opera ejus in fide" /i.e. promissa Dei, non sunt fallacia/ Jes. 40, 8.: „Exsiccatum est foenum, decidit flos, vbum ām Dni manet in aeternum." /i.e. ōia terrena transeunt, quod Deus promisit, manet/ II. Tim 2, 13. „Si non credimus /si nos data fide fallimur, deficiendo scil. a Religione xtiana/ ille fidelis ēt, negare se ipsum non potest." Argumentandum Paulus ex dīna natura ad ejus fidelitatem semper permanentem. Hebr. 13, 20.: „Fidelis ēm est, qui repromisit." Omnia tributa juncta leguntur ad Rom. 15, 8.: „Dico ām Jesum Xtum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei /i.e. propter Dei veracitatem/ ad confirmandas promissiones patrum": i.e. Patribus factas.

c/. Sinceritas ex his ipsis testimoniis sequitr:

Nota I. Factum Genes. 16, ubi Deus immolare jubet Abrahamum filium suum Isaac, non obstare sinceritati dīnae, facile intelligitur, modo extendatr, Deum tentare voluisse Abrahamum,

nec mutasse consilium suum, dum voluerit quasi, quod postea petrae-
tavit. Factum ám. Genes. 27, ubi mendacibus est a suadente matre Ja-
cobus, et quae sit similia in ss. litteris, non probatur tamen recte
factum, nec Deus est in causa, ubi Jacobum, quod reliquo facto sua
dilexerit, et ob consilium, quod per eum consequi decreverat. Indicat
hoc solum, Deum quoq, maeris hinum uti ad finem bonorum conseque-
dum, successiva ám veritatis evolutio, veracitati Dei tam parum ob-
stat, ut potius luculentum sapientiae dñi, humanum genus educantis
documentum sit.

Nota II. Usus practici:

Placet attributa nos exhortantur:

a). Ut abstinentes ab oi mendacio, ubi loquamur, quae secundum ips-
simam persuasionem, veritati consentanea intelligimus, dein.

b). Factis quoq, nunquam aliud pro nobis feramus, quam quod intro-
mis molimur duplicitatem, sic videmus characteris monente Eccle-
siastico 2, 14. Vae duplici corde!

c). Fidei nostrae in dñam doctrinam solidissimum constituant fun-
damentum.

d). Inadversis solantur, quoniam ad promisit, conatibus nostris dabit
felicem eventum, bonisq, operibus nostris felicitatem promissam.

§20. Justitia.

Sanctitatem dñam ad mundum moralem relatam appellamus ju-
stitiam. Jam sanctitatis in relatione ad mundum moralem dupli-
ci modo considerari potest v. 1mo. eatenus, quatenus legem mora-
lem fert, 2do. quatenus legis auctoritatem tuetur; quapropter ju-
stitia latiori sensu definitur. Illud attributum dñum, quo Deus
leges morales fert, et earum auctoritatem tuet. Priorem appellant
legislatoriam, alteram judiciariam, distributivam, seu retributi-
vam; quia illa non distribuenda aequo pro meritis et demeritis
forte, cui judicium fundamento est, v. maxime conspicitur, hinc

hinc etiam factum est, ut justitiam arctius definirent; magn illud attributum Dei, qua congruam sortem entibus moralibus attribuit. Jam quia amoena sors, quae cum probe factis jungitur, poena decretum, definiunt quoq justitiam stricteriori sensu sumtam: illud attributum, quo bonos praemiis exornat, a malis jam poenas exigit. — Hinc etiam dividunt justitiam hoc stricteriori sensu sumtam: in remunerativam et punitivam. Quomodo justitia Dei a humana distinguatur, non difficulter cuivis: etenim Dei justitia non fert, nisi legem sanctam objective correspondentem; in distribuenda sorte jam de hominum studio est aliena, nec personas respicit, est universalis, minima quoq respicit, ad formam externam non judicat, aequa lance totum ponderat entis rationalis pretium, nec ungm clementiae clare locum dare potest, nisi praevia conditione, ut totius moralis auctoritas stet salva et incolumis. Quo vix, quomodo in justitia Dei se habeant, experientia constet, et ex similibus tum, quae naturae explicat. Praefatam cum justitiae Dei perfectionem, nobis entis absoluti, et exposita antea attributa postulant. Esse Deum utroq respectu justissimum probatur:

1. Ex ratione nempe:
   a). Indigitat illud attributum lex sancta cordibus nostris inscripta, quae supponit legislatorem sanctissimum, sed et vindicem, cum secum vocem nos absolventem et damnantem, gaudio et tristitia pro diversitate factorum nos replentem, nobis non invidisset. —
   b). Postulant desiderio nostra practica, quae complecti finis consecutionem in hypothesi Dei justi illm expectant. Q. 52, P. I. D. g. —
2. Ex ipsa scriptura idem constat. Nam.
   a). Quod legislatoriam attinet justitiam, illam exhibet historia legislationis a. el n. f. (de quo suo loco).
   b). Remuneratoriam jam probant:
   c). Facta, quae in s. libris narrantur, nam peccatores, quam primum peccaverunt, dederunt poenas, Genes. 3. Cainus post fratris occisionem a Deo pro poena in terram desertam ejicitur Gen. 4. —

Diluvium perdidit totam generis humani massam corruptam, Noe vō in primum virtutis salvat, Gen. 7. Sodoma et Gomorha ob monum perversitatem a Deo perduntur Gen. 19. Similiter Mosēs Deut. 27. 28, eos, qui legem Domam servant, felicitatem, immorrigeros vō poenas gravissimas manere edisserit, et tota populi Israelitici historia Deum verbis felisse enarrat, usq dum propter salvatoris crucifixionis immane scelus tota patria et urbs everteretur in perpetuum Divinae justitiae monumentum. Porro justitia Dei summa in coercendis, quod non antea in gravam genus humanum receperit, quam ipse unigenitus filius Dei λογος pro peccatis solvisset. Deum am in viris quoq ceterum justis, severe punire peccata, testis est Mosēs, qui ob peccatum diffidentiae aeterno s. ingressu prohibitus est, et Davides, cui filius adulterii cum remisso peccato mortuus est.

β. „ Probandam porro et dictis Job. 34. 10-12.: „ Viri corvati audite me, + „ absit a Deo impietas, et ab omnipotente iniquitas, opus enim hominis „ reddet ei, i. e. pro meritis Deus ei retribuet, et justa vias singulorum restituet eis. Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec „ omnipotens subvertet judicium." Psal. 17, 25.: „ Et retribuet mihi Dominus „ Deus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus." Rom. 2, 5. „ Secundum duritiem + „ eam tuam et impoenitens cor thesaurizas tibi iram in diem irae „ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuiq, justa operaej." Reliqua loca de judicio particulari et universali recurrent. Esse am justitiam Dei universalem et a partium studio alienam palabre enunciat Job. 34, 19.: „ Qui non recipit personas principum, nec cognovit tyrannum, cum disceptat contra pauperem, opera enim manuum + „ ejus sunt universi." Et 1. Petr. 1, 17. „ Sine acceptatione personarum „ judicat, secundum unius cujusq opus." Minimum bonum coram justissimo Deo non desituri mercede sua docet Christus Matth. 10, 12 ubi poculum aquae frigidae fratri pauperculum non destitutum iri mercede, asserit. Sic vō ea altera parte minimum malum judicem fore

„ sum habet Deum. Matth. 12, 46: „Dico aũ vobis, quoniam oẽ verbum otio-
„ sum, quod locuti fuerint hões, reddent rationem de eo in die judicii."

Nota I. Inaequalem sortis terrestris divisionem non obstare justitiæ Dei nos docebimus infra de providentia, et facile intelligitur, quia præsens vita non est meta desideriorum nostrorum.

Nota II. Quodsi quis de fine quaerat, ex quo Deus justitiæ poenas irrogat, ille nõ est unus, sed plures cogitari possunt ipse: punit Deus ut peccatores emendentur, si ipsi emendari nemunt ut alii a peccando abstereantur, ut odium ergo peccati manifestet suum, sicq sum-mam sanctitatem reddat conspicuam, denig, ut legis moralis ordinem et auctoritatem conservet, salvum et incolumem, quo nulla esset, si forte aequali oẽs tractarentur, boni et mali eodem modo. Plura in doctrina de aeternitate poenarum. —

Nota III. Usus practici.

α). Ut cuiq suum tribuentes justitiæ ad Deum accedamus, docet nos divina justitia.

β). Ut illam inluentes a bono etiam arduo prosequendo non desistamus, malumq, etsi amoenum fugiamus, nos invitat, sic in viribus justitiæ dio nos confirmat.

§21. Summa Dei libertas.

Praemissis his diligenter consideratis, Deo attribuendam esse summam libertatem, sine ũi difficultate intelligit, modo, quid libertatis nomine veniat, expendatur. Uberiorem quidem descriptionem exhibet theologia moralis; nos necessarium in memoriam revocamus, et quidem distinguunt inter libertatem metaphysicam et moralem. Prior dicit facultas independenter ab ea causa aliena se ipsum determinandi, posterior vo facultas, secundum stimulum honestatis non vo voluptatis, se ad agendum determinandi. Sic quidem definitur libertas moralis sensu latiori; angustiori est facultas hominis, secundum rationis dictamina sese determinandi; sensu vo strictissimo, eoq eminentissimo est vis rationis propendorans constanter recte agendi. Hoc sensu a virtute et sanctitate non

non differt. Libertas hoc sensu sumta etiam Xtiano dicitur, de illa loquitur Xtus Joan. 8, 36, dicens: „Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis" e contra eis, qui sceleribus indulget, libertate destitutus hoc sensu dicitur, seu servus est peccati v. 34: „Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati." propterea etiam religio Xtiana ab Apostolo Jacobo lex perfectae libertatis dicitur 1, 25. Quodsi hoc attributum in Deum transferatur, per se ex dictis patet, sermonem non esse posse de facultate, nec de libertate eo sensu, quo per sensualitatis pondus, vi. etiam per minus pura motiva in contrarium possit se determinare malum, sed libertas in Deum translata erit status divae naturae, quo independenter a qualicumque causa decernit et agit, quae summae perfectioni consentanea sunt. –

Hoc sensu libertatem de Deo praedicandam esse, patet:

1. Ex ratione, Etenim:

Sequitur illae conclusione ex notione vi potentiae et sanctitatis, destinere tens est independens, si qualicumque causa, et non per semet ipsum ad agendum determinaretur vi. quodcumcumque motivo a scopo perfectissimae sanctitatis deflecteretur, quia sibi repugnaret. –

2. Sacrae litterae etsi libertatem Dei metaphoricam non definiant, eam tamen abunde tradunt. Huc spectant loci, qui potentiam Dei depraedicant i.e. potentiam talem, qua nulli rei adstringitur, vi. causae, ita adeo metaphorice liberum dici queunt. Omnia, quaecumque voluit, fecit, Psal. 134, 6. hic est sensus horum ss. litterarum. – Concinit in idem Paulus Ephes 1, 11: „Operatur haec secundum consilium voluntatis suae." et propterea etiam ad Rom. quaerit: „Quis consiliarius ejus fuit? quasi diceret: Nemo unquam consiliarius ejus fuit, per quae se ipsum determinavit, perfectissimo utens libertate. Quoad libertatem eam modalem huc pertinent eos textus supra de sanctitate citati. –

Nota I. A Deo eo possibilitatem peccandi excludimus, et nihilominus eum defendimus liberrimum. Quicunque ea, quod peccare non possit Deus, Dei libertatem impugnant, non perpendunt, facultatem

facultatem malum pro bono eligendi, defectum ēē libertatis, uti fa-
cultas pro vero eligendi falsum, defectus est intellectus. Sane qui
beatum se putat, quod facultatem habeat male gendi, miser est. –
Nota 2. Pugnam inter libertatem (humanam et ejus immutabili-
tatem nemo deprehenderit, qui definitionem allatam defendat, cōce-
pturn: cum sed interna libertatis humanę tantis obscuria sit difficul-
tatibus, quis explicare perpōtuat rem internam libertatis divinę.
Nota 3. Dei libertatem non eo tolli, quod vi justitię suę bonis poe-
mia, malis ām pœnam rependere teneatur, facile intelligitur,
si attendamus, justitiam a sanctitate non differre, quam libertatem
non tōllit, sed perfectissimam potius involvit. –
Nota 4. Id vō attributum nos excitat
a). Ne augentes desideria aut indigentias vanas, libertatem nostram
metaphisicam impediamus.
b). Ut quotidie magis ad filios Dei libertatem enitamur, spe ām vana
perversae libertatis, quam prętendant multi, recenti tempore ani-
mum nunquam tollemus. –

§22. Vita Dei.

Ex vōbus, quae hucusq diximus orib, nobis summę vitę, quam Deo ne-
cessario attribuimus, quod intelligib, modo, quid nomine vitę veniat,
perpendatur. Vita in genere ē facultas ad efficacitatem (tendentem
ynr Ypōtiv Prist) ejus characteris motus est, quies ēm characteris mo-
tis, condito vō vitę sunt vires. Hoc sensu tribuimus q̄q plantis
et animalibus vitam. In entibus vō moralibus vita non cogitab, ni-
si sub conditione intellectus et voluntatis, sed et conscientię, quę
usum virium comitatur. Gradus q̄ vitę sin entibus / in entibus spi-
ritualibus ponderatur ex mensura virium intellectualium et
moralium, gradu efficacię earundem, sed et conscientię virium /
pesarum et efficacię, qua se exserunt. Quo minor est indolis ra-
tionalis gradus, quo minor efficacia, quo minor conscientia, com-
minor

eo minor est vitæ gradus. Erit ergo vita Dei: status summo efficacique ex perfectissimis viribus procedentis, cum perfectissima conscientia conjunctus. Hæc summa Dei vita, quomodo a vita entium finitorum moralium differat in propatulo est, cum nullius tanta sit efficacia, neque ullius vires sint absolutæ, ex quo sequitur, perfectissimam sui conscientiam nemini inesse. — Probatione am ex ratione non indiget, cum illa ex attributis essentialibus, nominatim intellectu infinito, voluntate omnipotenti, sanctissimo et liberrima ultro sequatur. Sacræ vo libri illam ipsam perfectissimam vitam Dei enuntiant. — Huc pertinent ves formulæ, quibus Deus loquens inducit: „Vivo ego dicit Dominus." Deut. 32, 4. „Vivo ego in æternum". Jerem. 22, 24. Ezech. 18, 3. Dicit porro: „Deus vivens." Isaai. 3, 10. 1. Reg. Deus vivus oppenumero idolis emortuis et mortuis eor stultis opponitur, e.g. Psal. 113, 1–8. Quo intuo alia idola gentilium, pridentive: „Os habent, et non loquentur, aures habent sed non audient, nares habent, et non odorabunt." etc. Ex quo sequitur, per vim oppositionis hermeneuticæ Deum verum esse Dm vivum. —

Dicit porro in N. T. auctor vitæ omnis et vitam habens in semetipso Joan. 5, 26: „Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et filio habere vitam in semet ipso." act. 17, 24: „Nec manibus hominis colitur, indigens aliquo, cum ipse det vitam, inspirationem et omnia. 1. Tim. 6, 13: „Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia." Hæc testimonia sufficiant, cum vita Dei et spiritualitate, vitalitate, peliquisque attributis ultro sequatur. —

Usus practici: a). Cum Dm auctor sit omnis vitæ, decet nos, pro viribus hoc donum a Deo concessum agnoscamus, illoque sic vitamur, ut entia rationalia decet, quod

b). Fiet, si non physice Illm sanctitati conservandæ studeamus, sed et proprimis morali, excolendo vires concessas, nunquam brutorum more sine rationabili ratione, qua facimus, conscientia vivamus. —

c). Nunquam ergo desidiæ vi intellectuali vi morali nos demus.

§23. Bonitas Dei.

Sententia: Deus est bonus, varios significatus habet. Dicitur nempe:
1. Deus est bonus, quatenus est ens realissimum, complexus omnium perfectionum seu bonorum, et illa via habet per semet ipsum, hoc sensu illum etiam appellamus bonum originarium (vel ens perfectissimum Gütt. v. vel höchste Gut.)
2. Dicitur bonus, quatenus est sanctissimus, prout et bonum virtutis finem bonum appellamus.
3. Dicitur Deus bonus, quatenus bonitas est attributum transiens in creaturas, quo eibus bene vult et benefacit, quo in sensu est synonymum cum benevolentia et beneficentia. Hoc ultimo sensu nos hoc loco vocabulum bonitatis accipimus, et propterea bonitatem definimus illud attributum, quo Deus entibus creatis tum felicitatis attribuit, quantum unumquodq capit. Quomodo bonitas divina a bonitate humana differat, paucis dicimus, nempe: bonitas divina nunquam est separata cogitanda a reliquis attributis divinis, nominatim non est separanda ab omniscientia, sapientia, sanctitate, et justitia, dum econtra entia finita saepe nesciant quid, si alius benefacere volunt proprie bonum sit, illisq circumstantiis conveniat, vel debiles indulgent affectionibus sensualibus, sanctitatem et justitiam negligentes. Prout jam bonitas divina circa diversa objecta versatur, varia portitur nomina, dicitur nempe χαρις, gratia, et potest benevolentiam, qua omnes et singulas creaturas Deus amplectitur, etiam charitas eodem sensu. Porro humanitas Salvatoris, relate ad homines, quos per Jesum Christum redimere decrevit benignissimus Deus; hoc vocabulo utitur Paulus ad Titum 3, 4. Misericordia, quatenus Deus est Deus ad homines miseros sublevandos et peccata condonandos. patientia, quatenus tolerat peccatores; longanimitas, quatenus differt peccatorum poenas; lenitas (clementia, spiritus) quatenus eosdem mitigat.
Dei jam bonitatem probat.
I. Realis, et quidem:

1. Ex diligenti totius naturæ consideratione. Quorsumcumq; cum homo oculos convertit, totam invenit amœnitatis et felicitatis naturam plenam, ut concubiat necesse sit, qui id agnoscere nolit, postulat ām:

2. Insuper summam Dei benignitatem ipse finis bonorum; in hoc cum attributo voluntatem Dei pronam, deprehendimus, quae velit felicitatis ~~gaudii~~ suum gradum nobis impertiri illum, qui peccato nostro moralis conse„ nionis est, et media suppeditare, quibus ad virtutem, enitamur. –

3. Sub utroq; respectu eam s. scripturæ facti et dicti illud attributum Dei demonstrant, et quidem:

a/. Quod facta concernit, huc referimus ipsum felicissimum protopa„ rentum statum ante peccatum, quem suo loco exponemus, deinde vero post eorundem lapsum media et instituta, quæ pro propagatione ad Messiam disposuit Deus, donec mitteret unigenitum summum be„ neficentiæ divinæ documentum, dicente Sto. Ioan. 3, 15: „Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unigenitum mitteret; ut omnis, qui „ credit in ipsum non pereat, sed vitam habeat aeternam". Sapienti„ am huisce qq. quoad misericordiam etc. pertinet dilectio Dei universi gen6, missio prophetarum ad homines a malo avocandos, historia Davidis in confessione peccati. 2. Reg. 12. sequitur. –

b/. Dicti. In hoc argumento pertractando præcipue vocati sunt Psalmi e.g. „ Psal. 8, 5. usq; ad finem: „Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius „ hominis, quia visitas eum? (benigne respicis). Minuisti eum paulo „ minus ab angelis (suis), gloria et honore coronasti eum." Omnia subje„ cisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et volatilia „ cœli" etc. Laudatur divina clementia ex parte bonorum, quæ homi„ ni suppeditat. Pariter Psal. 103, 9. segg. in quo inter alia: „Fe„ cit lunam in tempus, sol cognovit occasum; posuisti tenebras „ et facta est nox; catuli leonum rugientes, ut rapiant et quæ„ rant a Deo escam, sibi via a te expectant, ut des illis escam „ in tempore, dante te illis, colligent; aperies tu manum tuam, via

„ cico implebuntur bonitate." Psal. 144, 15-20.: „ Omnium oculi in te sperant, et tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam et imples de animal benedictione. Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate, voluntatem timentium se faciet, deprecationem eorum exaudiet et salvos faciet eos." Sap. 11, 25.: „ Diligis omnia, quae sunt, et nihil odisti, faciisti quae."

In N. T. Xtus benignitatem Dei eo praeprimis nos docet, quod Deum in relatione Patris ad filios repraesentat, et Patrem illum appellare permittit, a quo omnia bona expectare possimus precantes Matth. 7, 7.: „ Petite et dabitur vobis, quis enim, qui petit, accipit; et qui quaerit, invenit, et pulsanti aperietur". i. e. omnis generis bona Deus vobis dabit petentibus, et a minori ad majus concludit, ad Dei benignitatem. „ Si ergo vos, cum estis mali i. e. in comparatione cum Deo, boni videlicet tamen mali estis, nostis bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester coelestis dabit bona petentibus se." 5, 45. Benignitatem Dei exinde infert, quia solem oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et non justos." 1. Petri 5. 7.: „ Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum quoniam ipsi curae est de omnibus." I. Joan. 4, 5. „ Deum appellant charitatem i. e. fontem ejus beneficii in nos redundantis. Jacob I, 17. Omne bonum a Patre luminum descendere docuit. Deus ejusdem affinet misericordiam, patientiam et lenitatem eidemque loca sequentia. Psalm. 76, 9-10.: „ Aut in finem misericordiam abscindet aut obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordiam suam." Eccles. 18, 8. „ Numerus dierum hominum ut multum centum annorum quasi gutta aquae maris deputati sunt et sicut calculus arenae, sic exigui anni in die aevi" i. e. in sempiternum: „ Propter hoc patiens est Deus in illis et effundet super eos misericordiam suam, vidit praesumptionem cordis eorum, quoniam mala est, et cognovit subversionem illorum, quoniam nequam est; ideo implevit propitiationem suam in illis, et ostendit illis viam aequitatis; misericordia hominis circa proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem etc." Joel. 2, 13.: „ Et scindite corda vestra et non vestimenta vestra et convertimini ad Deum vestrum,

„vestrum, quia benignus est misericors est, patiens multæ misericordiæ
„et prostabilis super malitiæ." Deum mitigare poenas dicit Psal. 102
„10. „Non secundum peccata fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras
„retribuit nobis."

In N. T. autem Alis Luc. 6, 36. ad misericordiam erga homines exemplo patris coelestis excitat, et misericordiam in parabola de filio prodigo Luc 16, docet. Paul. II. Cor. 1. 3. Deum vocat Patrem misericordiarum, et „Deum totius consolationis Rom II 4. scribit: „An divitias benignitatis di-
„vinæ patientiæ et longanimitatis contemnis? An ignoras, quoniam
„benignitas Dei ad poenitentiam adducit." Paucis Dei bonitatem idem Ap.
„postolus complectitur dum I. Tim. 2, 4. scribit: „Qui vult omnes salvos fieri,
„et ad agnitionem veritatis pervenire."

Nota I. Neq; mala physica, neq; malo morali obstare bonitati divi-
næ docebimur in doctrina de providentia.

a) Nota II. a) Hoc attributum dogma certum et firmissimum fidei nostræ
in Deum fundamentum est.

b) Nos exhortat, ad gratias infinitæ bonitatis Dei continuo habendas, et a
„genitas a quo tot pendemus, in quo movemur et sumus, quod fiet si be-
„nigne collatis secundum voluntatem Dei offerentis utemur.

c) Excitat ut quantum possumus Deum imitemur benevolentia et bene-
„ficentia ergo aos, misericordiam et bonitatem proximis ejus in quan-
„tum vires ferunt felicitatem aliorum veram promoveamus. –

§24. Deus in essentia unus.

Hisce terminamus doctrinam de attributis divinis. Jam ulterius defendimus
haec ita tanta et talia uni illi enti adeo convenire, ut non sit nisi unus
Deus unicus in essentia Deus. Appellamus hanc doctrinam monotheismum,
illi opponitur Polytheismus, cui adsipulantur aos, qui plures agnoscunt
et colunt Deos. Plerig cum Polytheismo habent gentilismum Denticum,
qui imagines variorum deorum venerantur, aisq; numen divinum inesse exi-
stimant, adpellantur idolatræ. Polytheismus crassior vocat Fetischismus,
quando scil. res sensibiles animatæ vel non animatæ sacrificiis et perse-
quiis tamqm numina venerantur. Magismus Deum in sole, luna, astris

apris constituit. Sabeismum per apotheosin mortales ad Deorum fores attollit, et ut Deus veneratur. Dualismus constituit duo principia, unum lucis, seu bonum, alterum tenebrarum seu malum.

I. Argumenta pro unitate Dei ex ratione, quam primum ipsam illam non. tiodem aliunde hauserit.

Populos ves revelationis luce destitutos uni alterive ex hisce erroribus indulsisse ex historia constat, et a nobis dictum, demonstratumq. P. I. s. 20. D. q. ubi passim observavimus, unum alterumve philosophorum vo. mine Deos intellexisse, quamvis vacillaverint fere oes, hinc etm factum est, ut multis videret, unitatem Dei ex ratione prorsus probari non pos. se, illamq. unice revelationi debere. – Aliis aut videt, aliter, ut s. Thomas Aquinatis, qui rationem sufficientiae eam in rem argumenta protulerunt pos. se defendit. Quidquid sit, putamus, debilitatem rationis in eo dogmate pete. nendo, esse historia, clarissime conspici, interim tamen conficiens suf. ficiens argumentum pro unitate Dei non theoretico et practico illam pro. ferre. Et em ex una parte certum est, res rationis functiones tam theo. reticas, quam practicas, propter quam Deum existentem ratio requirit in uno Deo ita claudi, ut eis prorsus acquiescere possit, ex altera am parte neglecta unitate in voraginem demergi et nescire, quod numero statuat. Quidquid go pro uno Deum statuimus, ratione suffi. cienti adstruimus. Accedit, hominem ex unitatis principio, ad unitatem necessario tendere, quod pluralitatem Deorum vi. aeque potentium vi. pro. testate inaequalium sese necessario excludit, unumq. porro finis in rerum ma. teria conspicuus, unum tm Deum indigitare videtur.

II. Verum extra dubium hanc doctrinam de uno in essentia Deo divi. na revelatio collocat. Etenim illa primi Genes. capitibus docet, et unus ille Deus, qui creavit universa semper unus idemq. loquens ad ss. Pa. triarchas inducit. In legislatione am Mosaica longum fundamentum pro. nitur, dum Deus Exod. 20, 2. ad populum electum loquitur: „Ego sum „ Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo servitutis; „ non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile neq. omnis „ similitudinem, quae est in caelo desuper et quae in terra deorsum, nec eorum,

/.

nec eorum, quæ sunt sub terra, non adorabis ea, neq; coles, ego sum Dominus
Deus tuus fortis etc." Quibus verbis sicut unicum probatum verum Deum, ita
præcipue ea verba contra polytheismum crassiorem, qui in Ægipto vi-
„ gebat, diriguntur. Eandem doctrinam repetit Moses Deut. 6, 4. „Audi Israel
„ Dominus Deus tuus noster, unus est, et exinde infert huic Deo unum ex
„ vitam vestram": mandi pari pergens v. 5. „Diliges Deum tuum ex toto cor
„ de tuo etc." Ad hanc fidem in unum Deum, conservandam tendisse ea in
„ festa mosaica nominatim unam arcam sanctam, unum templum, u-
„ num altare, unum sacerdotium etc. docet Archæologia atq; historia to-
ta populi electi manifestat: Mala et infortunia semper fuisse secuta
quamplurimum a fide hac discesserant. In hanc porro fidem conservandam
„ excitati a Deo fuere prophetæ, quorum una vox hæc erat: „Unum est De-
„ um via vo, gentilium numina ex vana et ficticia." Expresse porro hu-
„ manitatem Dei prædicat Psal. 75, 10: „Quoniam magnus es tu, et faciens
„ mirabilia, tu es Deus solus." Isa. 44, 6, 8. „Ego sum Dominus, et non
„ est absque me Salvator."
In N. am T. hanc fidem supponi et clisque annunciari aliequin certum e.
„ Ex multis citamus unum locum Joan. 17, 3; ubi Xtus dicit: „Hæc est vita
„ æterna, ut cognoscant, te solum verum Deum." Marc 12, 29. 1. Cor. 8, 6.
Nobis est unus Deus Pater ex quo omnia. Gal. 3, 20. Ephes 4, 5. etc. –
III. Fides am Ecclesiæ æque certa est, scimus enim:
1mo Hoc palmarium fidei articulo primos Xtianos, ut historia docet, ab
ethnicis discerni, qua de re a superstitiosa plebe sæpe scelerati, impii,
quin imo Athei et Religionis Adversarii, maledicti sunt. –
2do Patres am non sim illam fidem ipsi professi sunt, sed et diversis argu-
mentis propugnabant ex rationis petitis. Sic Tertullianus persuasi nos fa-
cimus, nullam intelligi rationem, ex qua plures Dei accipiantur, dicens
„ contra Marcionitas L. 1. c. 7. „Quocumq; ratio plura sumat numina, non
„ patitur admitti eadem, nec duo, ut ipsa plura sunt unum: est enim
„ enim numerus, quo potuit duo admittere, eadem potuit et plura."
S. Ambrosius ex uno mundo unum infert Auctorem L. 1. c. 1. de fide:
„ Unum Deum communis natura dictat, quia unus est mundus".
Pariter ex unitate conscientiæ unum inferunt Deum e. g. Tertullianus,

/.

de anima, Minutius Felix in Octavio Nro 18, Lactantius l. II. Institutionum cap. I. –

3.) Ejiã hæresim Gnosticorum, Manichæorum et cæterorum semper rejecit et in fronte suum symbolorum posuit: „Credo in unum Deum" Ex quibus omnibus clare patet fidem in unum Deum ce solemniter promulgatam, atq. adeo dogma definitum."

Nota 1. Erant, qui Festivissimum primam in orbe terrarum fuisse Religionem pro insciencia generis humani dicerent, illumq. magis magisque esse excultum, donec radio ad Fidem in unum Deum adsurgeret? Idi am repugnant historiae, summeq. genus humanum a malo progressum in melius semper processisse, quod falsum est, ut infra docebimus. Quod urgent et dicunt, non explicari quomodo veritatem quam sciverat radio perelinquere potuerit, sumunt non dari in cultura humana regressum, quod experientiæ contrarium est. –

Nota 2. Contra dualismum disputavimus generatim P. I. D. g. S. 24.

Nota 3. Hoc am dogma non excitat, ut:

a.) Gratias Deo agamus, qui per revelationem extra ce dubium hanc ce positam collocavit.

b.) Jurisdictionem exhibet, quo huic oppressa sunt, et uni Deo cultum latriæ impendendum docet.

c.) Omnes hnes fratres monstrat, qui ab uno Deo descendunt creatore, quibus go vicissim amorem exhibeamus. –

§25. Beatitudo summa unius Dei.

Ex possessione et usu liberrimo enumeratorum, attributorum non potest non oriri summa Dei beatitas, quæ quomodo in Deo cogitari debeat, modo exponimus: Beatus scil. dicitur, qui verorum bonorum affluentia gaudet, in eorum usu non impedito ipsius, nec non consortali et ita, ut beatitatis conditio prima non differat a vitæ veræ conditione, nisi quod in beatitate proprie dicta grata semper perficitur, quæ ex statu veræ vitæ enascitur. Ex dictis de vera vita facile prom. de intelligitur unde beatitatis mensurandi sunt gradus, hoc unum

hoc unum addimus, bealitatem eo ee majorem, quo minor est status hujus felicis amittendi metus et quominus desiderium bealitatis augendo, qui suo forte contentus, ille sane beatus, quodsi reliqua nempe conditiones accidant. Si igo bealitatis notionem in Deum transferimus, tria ea abtendenda sunt, quo supra in vita Dei solavimus: deinte vo oes sensionum qualiumcung, que a sensualitate provenient condicio excludenda, denig, omnis possibilitas illius bealitatis v. augendo v. minuendo v. eius perdendo est excludenda. -

Esse am Deum summe beatum probamus:

I. Ex ratione iisdem argumentis quibus probavimus summam Dei virtutem et imutabilitatem eternam.

II. S. vo litterq indirecte et directe hanc Dei bealitatem probant. Indirecte, quum declarant, Deum sibi sufficientissimum, cujus studium neq; pro bona, neq; malefacta potest quidpiam derogare e.g. Job. 35, 6. „: Si peccaveris, quid ei nocebis, etsi multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Porro, si juste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet." Act. 17, 25. Sed directe I. Tim. VI 15, quo in loco Deus dicitur beatus, solus, potens, rex regum et dominus dominationum.

Nota I. Cetenum in quo consistat Dei bealitudo, fatemur nos ignorare, id am non miramur, cum neq; eam satis intelligimus, neq; ut par est, declarare possimus, quam aliquanto revelabit in nobis.

Nota II. Jesus practici.

a). Veram bealitatem in sola perfectione morali consistere nos edocet, in qua go et nos nostram bealitatem, si duram et proficuo nobis fit in his terris quaeramus.

b). Desideria am carnis nunquam perficiamus ferius fastidio nos certe replet et conscientiae remoribus excruciant, imaginaria enim haec olim pro momento ea fruiti fuimus bealitas certe perit.

c). In adversis am consolemur per respectum ad bealitatem, quae in nobis futura revelabitur in nobis.

§26. Majestas et gloria.

Plane deinde unum Deum talibus ac tantis perfectionibus gaudentem sibi sufficientissimum ac beatissimum, summa conspicuum ac majestate prae se fluit. Sub majestate enim nil aliud intelligimus, quam status ornatissimum ex perfectionibus summis et absolutis eoque ab essentia divina se paranditis proficuentem. Planam autem Dei majestatem s. litterarum abundare docent et nominatim in prophetis pulcherrimis illius conspectiones exhibent e.g. Isaias 6, 1-3: „Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et ea, quae sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud; sex alae uni, et sex alae alteri; duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus et duabus volabant, et clamabant alter ad alterum et dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria ejus." Similia occurrunt in Ezechiele et Apocalypsi.

Planam majestatem Dei appellant Theologi eam gloriam internam, ab illa distinguunt gloriam externam seu gloriam simpliciter sic dictam, sub qua illa intelligunt majestatem divinam, quatenus ab entibus patet, entibus cognoscitur, et colitur. Etenim quamvis verum sit ejus majestatem nec augeri nec minui, sive ab entibus creatis cognoscatur et colatur, sive non, Deus tamen mundum rationalem creando voluit, ut agnosceretur et coleretur, quod probatur et intelligitur. –

I. Ex rei natura, quia secus vires et facultates, quibus agnosci et coli potest, non dedisset nobis; et:

II. S. litterae diserte docent, summa ea sua attributa, nominatim omnipotentiam, benignitatem, omniscientiam et sanctitatem primis hominibus sese revelando conspicienda dedit, ut postea docebimus. Tota enim legislatio mosaica et cultus praescriptus id ipsum intendit, quapropter praecipue Psalmi hanc gloriam Dei canunt, eamque inde hominess promovere student e.g. Psal. 28, 2. „Afferte Deo gloriam et honorem, afferte Deo gloriam nominis ejus." Pariter Psalmi 148, 149, 150. porro canticum trium puerorum, Daniel III. in quibus ens a creata excitantur,

ad gloriam Dei agnoscendam et colendam. Similiter Paul. Rom. I, 20, di-
„cit: „Invisibilia ejus a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellec-
„tu conspicientibus; sapiens sempiternam ejus virtutem et divini-
„tatem intigitans Deum velle, ut ab omnibus rationabilibus agnoscatur,
„Philipp II, 11. „Omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus in gloria
„est Dei Patris," et ad Colos. III, 17, præcipit: „Et, quodcumq facitis in
„verbo aut in opere, ita in nomine Domini Jesu Xti, gratias agentes Deo
„et Patri per ipsum excitans nos, ut ita nostra opera ad glorificandum
„Deum Patrem faciamus".

Quæ reliqua sunt et officium hocce concernunt, Theologia moralis do-
cet. Verum hanc majestatem Dei ab omnibus finitis cognitione
nunquam exhauriri, sæpius monuimus. –

Usus practicus:

Hæc jam doctrina nos docet, ut quantum conferre possumus, hanc
gloriam Dei promereamur, verum Dei conceptum homines docendo,
et qualis, quantusq, sit unicus et incomparabilis spiritus perfectis-
simus, cui cultus Him spiritualis convenit in veritate. Sic gō, ex-
ultantes gaudeamus; qui vocati sumus a Deo, ut sanctificetur no-
men Dei, verumq ejus regnum in dies magis promoveatur, cum per
veram Him Dei cognitionem ejus voluntas in terris fieri possit, sicut
et in cœlis.

Sectio secunda.

De s.s Trinitate.

§1. Nexus cum antecedentibus.

Cum tanta sit majestas et gloria Dei sibi sufficientissimi, ut ratio humana ne de longe quidem essentiam ejus cogitando exhaurire, at, quamvis concludendo per analogiam ad sufficientem ejus conceptum ascendat, v. mirabimur, si revelatione duce veritates aliquas edoceamur de Dei essentia, quarum in rerum natura nr. datur analogon, quarum rationem internam prorsus nr. capimus. Temeritate sane de Deo sentiret, qui nihil in eo reperiri posse defenderet, quod ejus vires humanas adeo limitate capiunt. Ejusmodi veritates ratio nem prorsus transcendentes christiana revelatio docet, quae tradunt nobis Deum in essentia unum, et trinum ee in personis, quod mysterium appellamus, mysterium s.s. Trinitatis. — Quam sumi momenti doctrinam modo exposituri sumus. —

§2. Momentum doctrinae.

Et quidem momentum hujus doctrinae huc redit:

1.) Ratio theoretica in genere ergo veritatem indifferens ee nr. pt, quomodo ea insuper habeat doctrinam de coelo adlatam, quae in scrutabilem Dei essentiam distinctius referat.

2.) Fluit jam doctrina porro eius nostra superstruit, redemptio, salus aeterna per filium, quem Pater misit in spiritus s. gratia acquirenda, ita ut jure dogma hoc fundamentale eius religionis nostrae habeatur. Scire bene oportet in cujus nomine sumus baptisati.

3.) De hac doctrina jam eo accuratius e tractandum, quo plures

plures erant ei tempore ejus adversarii. Profecto sciebant oēs, quibus Deus erat Religio Xtiana, hoc dogmate negato, fundamentum fabeve. ti, adeoq, eo majori cura illud impugnare studuerunt. —

§3. Conspectus dicendorum.

Ut uno conspectu intuamur ea, quæ in hac gravissimi momenti doctrina demonstranda veniunt, juvat ante ea propositiones proponere, quæ ill exponendæ. Sunt vō sequentes:

1ª In una divina et individua essentia tres st personæ, Pater, Filius, et Spiritus s. quibus Deus natura ex æquo competit, realiter distinctæ,

2ª Personæ divinæ inter se differunt notis internis et externis. Character hypostaticus determinatur a relationibus ad essentiam Dei spectantibus. Absq comparatione cum rebus creatis absolvit, haec doctrina dogmatis de processionibus Divinis. Externæ personarum divinarum notæ a creatione et cura potissimum horum, quæ dō sumus in ea suspicere dignatus ē, desumuntur. —

Adjuncta. De ss. Trinitate generatim.

Argumenta, quæ vel ad defensionem hujus dogmatis, vl. contra profecturi, ad quatuor classes referri possunt. Ea ēm vl. ex ratione petuntur, vl. ex veteri Testamento, vl. ex novo, vl. demum ex traditione. Hæc probe examinanda st Theologo tum ista, quæ ad stabiliendum dogma catholicum valent sedulo colligat; tum ut, quæ ab adversariis eadem depromuntur, refellat.

An mysterium ss. Trinitatis naturali ratione probari possit, aut impugnari.

Observanda.

1ª Varii extiterunt variis temporibus Theologi, qui nimium ingenio suo fidentes putarunt mysterii hujus veritatem, aut possibilitatem sola ratione posse demonstrari posse. Merito Abaelardum eo nomine insimulat s. Bernardus: „ut Platonem faciat

„ Luciat Arianum, ait, se probat ethnicum."

2do: Nemo aũ in hac demonstrandi methodo majorem celebritatem assecutus ẽ, quam Raymundus Lullius sæc XIII. In libro: De demonstratione aequi parantiq sibi visus ẽ tam claris et evidentibus rationibus demonstrasse Mysterium Trinitatis, ut gentilem quemlibet convincere valeant, si eas semel animo penetrare voluerit. Quod ejus demonstrandi rationem attinet, quæ arte prorsus mirabili sua ita explicat, ut mirabilia ee desinant, fatemur, satius nobis videri eam nescire, quam pro„ fellere? Unum tñ ex ejus argumentis exempli loco afferre licebit. „ Demonstrat, ait, Deum ee actum perfectissimum, sed in actu perfectissimo ẽ concordia; ubi vo ẽ concordia, ibi ẽ pluralitas."

Propositio I^ma.

Mysterium Trinitatis ratione naturali nec verum, nec falsum demonstrari potest.

Probatr I^ma. pars.

I. Prima hæc pars multiplici ratione persuadetr, ac primo quidem „ clarissimis Scræ et Patrum testimoniis. Isaj: 53. „ Generationem „ ejus quis enarrabit?". Matth. 11, 27: „ Nemo novit Filium, nisi Pater. „ neq Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare." An Apostolus Paulus Religionis Xtianæ mysteria philosophicis ratio„ nibus persuasit Corynthiis aliisq Græcis et Asiæ populis in disci„ plinis philosophicis versatissimis? At ipse palam testatr I. Cor. 1. 13. „ se loqui „ non in doctis humanæ sapientiæ verbis" sed in doctrina Spiritus.. „ Loquimur Dei sapientiam in mysterio," ait ibid v. 7. etc, quæ abscondi„ ta ẽ. „ Nobis aũ revelavit Deus per Spiritum, Spiritus ẽm omnia scru„ tatr, etiam profunda Dei." Et II. Cor. 10. „ Arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Dei.... in captivitatem redigentes omne intellectum in „ obsequium Dei."

Patres: S. Athanasius ita Arianos alloquitr: „ O stulti, atq ad hæc audaces „ et præcipites! Quare non potius de Trinitate curiose scrutari desi„ mitis? eamq duntaxat creditis?... S. Hilarius: „ In simplicitate „ fides est." S. Augustinus. „ Cæterum illud, quod ẽ ineffabile, incom„ prehensibile ẽ, neq vtis angelicis explicari pt, quanto magis hominis?"

„ S. Bernardus: „ Sacramentum hoc magnum ē et quidem venerandum, ñ
„ scrutandum; Quomodo pluralitas in unitate, aut ipsa in pluralitate?
„ Scrutari hoc temeritas ē; credere pietas, nosse vita et vita aeterna."

2ᵒ Jam si rationem ipsam consulimus, si sana sit, et sobria id solum nos docere poterit, se in tanta caligine nihil videre; neq; dubium sibi ē, ut imbecillem aciem figat in ipsa incomprehensibili Dei natura. Et vero si quid de Deo cognoscimus, id colligimus ex creaturis; nec dum creatu a Deo ñ dependent ut trinus, sed ut unus est: pendent ēm a Deo ut operante per intellectum, voluntatem et ōipotentiam, quae tribus personis communes sunt.

Probatur I et II pars.

Argumento generali.

Ut aliquid ratione naturali verum vp. falsum demonstrari possit, requiritur, ut mens de ideaꝝ convenientia, aut oppositione pronunciare possit ex argumentis intrinsecis, ea rei visceribus desumtis: atqui ejusmodi argumenta asseri nulla possunt vp. ad probandam, vp. impugnandam ss. Trinitatem. Ergo etc... Probatio minor. Summa Mysterii Trinitatis hac aut simili propositione exprimitur: Deus unus in natura, et trinus in personis re, et actu distinctis; atqui veritas aut falsitas ejusmodi propositionis ex argumentis intrinsecis probari ñ pt; si qdm requireret, ut claram et distinctam notionem haberemus tum naturae, sive essentiae, tum personae, seu substantiae, quales in Deo sunt. Sed nemo mortalium hanc notionem habere potest, cum sit incomprehensibilis sit. Nos naturae et personae notionem ex creatis tm habemus; ad naturae aīm divinae perfectissimae et infinitae, ad Personarum in Deo cognitionem claram et intuitivam assurgere ñ possumus.

Valet hic, quod Leibnitius dixit: „ Fieri ñ posse, ut absurdum demonstret, in re incomprehensibili; cum nil magis comprehendat, „ quam quod absurdum probat."

Propositio II.ª

Quamvis dogma Trinitatis argumentis ex rei natura petitis demonstrari nequeat: probat, tum argumentis extrinsecis tam certis et evidentibus, ut, si in obsequium redigendus sit intellectus, pars ipsa obsequium jubeat.

Probat. Merito insanus haberet, qui contenderet, nullum aliud dari certitudinis genus, quam illud, quod ex idearum evidentia nascitur: e contra pars ipsa philosophica in functione sua logica, ut ajunt, illud sibi tamquam certum assumendum esse declarat, quod ex una parte probari nequit contradictionem involvere; ex altera autem argumentis extrinsecis innitatur, tam certis et evidentibus, ut nullus dubio locus remaneat: atqui utrumque de dogmate ss. Trinitatis dici potest. Ergo etc.

Probatio minor. 1.º Nullam contradictionem in Mysterio Trinitatis probari posse ex propositione constat. 2.º Illud Mysterium fundamentum esse Religionis Christianae, atque ad revelationem ab Isto factam primo pertinere multis argumentis ex genuinis revelationis principiis probabitur. Atqui totam Christi Revelationem divina auctoritate esse in Demonstratione Christi confectum est.

„ Bayli de eadem argumentandi ratione loquens addit: „ An non, qui ita concludit, fidem suam deducit ex evidentissimo rationis principio?

Mysterium ss. Trinitatis in veteri lege saltem obscure fuisse cognitum, dubitari non potest.

Mysterium hoc eum pectus nostrum prorsus superat – quod Patres testantur – in hoc facillime et periculosissime errare potest, ideo scrutari nefas. Inter ipsos patres pugnae erant de hoc mysterio, quae tamen facillime conciliantur. Sic quoad expressum: substantia (Schisma Antiochenum); nonnulli statuebant esse plures substantias in Deo, alii unam tantum. Conciliatur: illi sub substantia intelligebant: subsistentiam = personam – hi autem essentiam, sic etiam quoad vocem hypostasis.

Quaeritur utrum fuerit hoc mysterium in A. T. revelatum?

1° Indicat Personarum pluralitas. Multi arguentur ex ipsa voce Elohim, quae fere semper in plurali sumit, verum quidquid sit de significatione vocis Elohim, profecto magna vis inest istis formis loquendi, Gen 1, 26. Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram." v. 27. "Creavit Dñs hñem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum." Pariter III, 22. „Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est." quae verba si plures personas non indicant, ridiculum et ineptum fundunt sensum: Ecce Adam quasi unus ex me factus ē. Denique quando turris Babylonica aedificabatur XI. 7. Gen. „Venite descendamus et confundamus ibi linguam eorum." Psal: „Benedictus ē Deus, Deus noster - Benedictus ē Deus." Verba haec faciamus hñem etc. et alia: Venite descendamus etc. nō. probant Personarum pluralitatem, etenim a. v. Deus Angelos alloquitur b. vel ad agendum esse excitat more artificis a. fabri c. b. regum et principum more plurali majestatico utitur. a. Quamvis haec explicatio Judaeis communis erat, absurda est: nam a) creatio ubique soli Deo tribuit, b. Deus ait: ad imaginem nostram; An hō ad imaginem Angelorum creatus est? b. Essetne Deo illa excitatione ad agendum opus, deceretne divinam majestatem ejusmodi animi commotio? At verba: Ecce Adam quasi unus etc. etc. ad agendum provocandis sunt? c. Modernum principium nolunt Judaei obtrudere volunt, cum nullum exemplum occurrat personae singularis, quae ita de se locuta fuisset, cum nec Dñs ipse hanc loquendi formulam adhibuerit, quandoquidem Dominus legem in monte Sinai convenisset: „Ego sum Dñs Deus etc. –

2° Sed et personarum numerus determinatur. Quando apparuit Dñs Abrahamo in valle Mambre Gen. XVIII. 2. „Cumq elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset, adoravit in terram et dixit: Dñe, si inveni gratiam in oculis tuis." Pulchre in hunc locum commentat Ambrosius: „Abraham tres vidit et unum adoravit." Et Isai VI. „Sanctus, sanctus, sanctus Dñus Deus exercituum, qui locus ab olim fere a patribus contra haereticos citatur.

Obj: Socinian dicunt nullam prorsus mentionem fē in V.T. de ss. Trinitate. Resp: Non mirum, quia neq; expressis V.T. testimoniis de ss. Trinitate acquiescunt.

Obj: Si ita res se haberet, ut v.g. numerus Personar fuisset determinatus, hinc ante Xti revelationem mysterium ss. Trinitatis fuisset cognitum, falsum q̄ consequens, ergo et antecedens.

Ref: a). Non oibus erat cognitum, sed quibusdam et his non aeque.
b). Erat cognitum, n̄ tm distincte, sed obscure et quasi per nebulas.
c). Dogma ss. Trinitatis tam remotum ē ab oī nostra intelligentia, ut illud ne suspicari q̄m mens humana potuisset, ni fuisset revelatum. Judaei etm habebant aliqm cognitionem hujus, et q̄m tres claves distinguunt, inter eos. Plane certum nobis ē, antiquis Patribus jam aliquam hujus mysterii factam fē manifestationem, sed ita, ut Patriarchae meliorem, Prophetę clariorem et exactiorem. d). populus seu vulgus obscuram v. nullam fere ejus habuerit cognitionem. e). Legisperiti, qui medium tenebant inter vulgum et prophetas, nec tam crassa laborantes quam vulgus ignorantia — nec tam clara et perfecta gaudentes cognitione, q̄m prophetę.

Causę cur n̄ expresse et clare, sed obscure tm revelatum fuerit h. mysterium in V.T. a patribus adducunt, quatuor:
a). Ut plena et perfecta revelatio hujus mysterii Xto reservetur.
b). Ut prorsus tia V.T. pro A. evinde etm eluceat.
c). Ut periculum erroris excludat.
d). Cui genus hmm successive erat praeparandum, ut capax fieret perfectiorum ejusmodi rerum. e). Voluit etm D̄s in V.T. hocce mysterium expresse proponere v: dicit Theodoretus: / quia Judaei erant incapaces, et recens exierant de Aegypto, ubi multi colebant dū, et intraturi erant in regionem Chanaan, ubi pariter idololatria dominabat, ne videlicet putarent, sibi etm tres Deos proponi colendos. Voluit hm D̄s adumbrare illud, ut, cum in V.T. praedicaret, n̄ videret, eo novum et repugnans V. Testamento.

Nota. Hinc etm videmus, Judaeos reversos ex captivitate jam clariorem hujus mysterii revelationem habuisse, id quidem propterea, quoniam Judaei ab

abhorrebant hunc temporis ab idololatria, cui delectabant, – in unum Dm firmissima fide credentes. –

Sectio secunda.

De ss. Trinitate

Caput primum.

Pater, Filius et Spiritus Sanctus Deus est.

Articulus primus.

§4. Pater e Deus.

Paucis absolvimus hunc primum fidei nostrae de ss. Trinitate articulum, nemine se controversante.

Dm saepius nomine Patris venire, sive Patrem, quoad hoc vocabulum adhibeat, tum, ee Deum. Adhibet, scil. hoc vocabulum de Deo in relatione:

„ 1°: Ad populum Israeliticum, sic Deut 32, 16 Do dicit: „ Pater populi Israelitici. II. Reg. 7, 14. Do Pater dicit, in relatione ad Salomonem: „ Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in filium, " et alibi in locis; Sed et

„ 2°: In relatione ad Xtos hnes Pater dicit Do, utpote dum Xtus Matth 6, 44. dicit: „ Diligite inimicos vestros, ut sitis filii Patris vestri, qui in coelis e." „ 6, 4. „ Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi." 6, 6. „ Pater noster „ qui estis in coelis." Pluribus his et multis aliis in locis Do in relatione ad genus humanum Pater dicit. Sed aeque certum

„ 3°: Patrem in relatione ad Xtum Dm ee. Luc 2, 49: „ Nesciebatis, quia in his „ quae Patris mei sunt, oportet me ee." Templum sc. domus Dei erat, et hunc „ Dm referens ad se Patrem dicit. Joannis 8, 54: „ Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Do vester e." Similiter Paulus Röm 15, 6. „ Uno ore honorificetis Deum et Patrem Dni nostri Jesu Xti. Patrem „ Dm ee, fides universalis quoque Ecclae e, quod elucet inter alia ex Symbolis, quae incipiunt: „ Credo in unum Dm Patrem omnipotentem." –

Articulus secundus.

Filius est Deus.

§5. Conspectus dicendorum.

Summa qdm accuratione in demonstrando hoc de divinitate filii dogmate ē procedendum propter adversarios, qui, quidquid conglomerari posse videbatur, contra illud opposuerunt. Adversarios aūt habemus antiquos Arianos et recentiori tempore Socini assecłas, et catervam Rationalistarum, qui illud impugnant. In hac gō materia demonstranda, sic procedamus, ut primo effata Jesu de sua natura exponamus, Apostolōr deinde dicta subjungamus, denig doceamus, quid Ecclia ōi tempore de ea docuit, continuo aūt respiciendes ad adversariorum objectiones, eas q refutantes.

§6. Effata Jesu de divina natura sua.

Clarissimis vbis Noster se eodem nāa gaudere, qua gaudet Pater, se propterea idem facere, quod facit Pater, seq sūm eminentissimo Filium Dei se effatus ē Joan 10, 27-30. „Oves meae vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis, et n̄ peribunt in aeternum, et n̄ rapiet eas quisq de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, major ōibus est" secundum textum graecum ὃ δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστι, i.e. Pater meus, qui mihi illas tradidit, major ōibus est. Vulgatus gō legit: ὃ δέδωκέν, sō aūt ē idem: et nemo pt rapere de manu Patris mei, ego et Pater unum sumus." (ἐν ἐσμεν). Loquit Noster de unitate sua cum Patre, sed n de unitate morali ut adversarii volunt, quatenus sc: ipse eadem velit, quae vult Pater, et quatenus hōes quoque, qui mandata Dei servant et volunt, quod Deus vult, unum cum Deo dicunt, quo sūm Noster formulam ἐν εἶναι Joan 17, 21 adhibet; sed hic, ut ex contextu patet, loquit de unitate potentiae, adeoq essentiae, quia, sicut nemo oves potestati Patris eripere pt, sic et potestati suae, eandem gō ōibi tribuit potestatem, et quia potentia dna ab essentia separari n̄ pt, ut vidimus, eandem cum Patre essentiam. John. 5, 17: „Jesus aūt respondit eis: Pater meus usq modo operatur, et ego operor, propterea gō magis quaerebant Judaei eum interficere, quia non solum solvebat Sabbatum

/.

" ſ: scil:eo, quod jusserit sanatum Sabbato lectum suum transferre:/ „sed et Pa-
" trem suum dicebat Dm, aequalem se faciens Dō. Respondit itaq Jesus et di-
" xit eis: Non pōt facere filius a se quidqm, nisi quod viderit Patrem facien-
" tem. Quaecumq enim ille facit, haec similiter filius facit. Sicut enim Pater
" suscitat mortuos et vivificat, sic et filius, quos vult, vivificat. Neq enim Pa-
" ter judicat quemquam, sed oe judicium tradidit filio, ut oes honorificent fili-
" um, sicut honorificant Patrem, qui n honorificat filium, n honorificat Patrem".
Superbis vbis dtus sibi h.l. eandem tribuit potentiam, qua gaudet Pater, sed et
ōscientiam, qua judicium universorum ad se pertinere dicit, quod supponit
renum et cordium scrutatorem, seu ōscium. Insuper cultum eundem sibi postu-
labat, qui Patri Deo exhibet. Sic dtus sane loqui de se n potuisset, nisi Dō
fuisset ipse, blasphemus itaq factus fuisset in Dm vivum et verum. Quod
aūm decretorie evincit sūm, quem statuimus verum ee sūm i.e. quod Judei
intellexerint dtum alio longe sūo se Filium Dei appellare, qm quo et filii
homines vocari possint filii Dei; exprobrant em dto, quod aequalem se Deo
fecerit. Et dtus illm abfuit, ut id corrigeret, et Judaeos perperam intellexisse
assereret, ut potius sermonem eundem continuaret, ut pepetibis vbis itaq cla-
rissimis eos bene intellexisse confirmaret. His bene intellectis dti vbis fa-
cile patet ejus verbor: dti legitimus, quae dtus variis occasionibus protulit
e.g. Joan 14, 19:. „Qui vidit me, vidit et Patrem meum" v. 10. ubi dicit: „ee
in Patre et Patrem in illo". Joan 16, 15. „Ota, quaecumq habet Pater mea ft."
Paulus Matth 28, 18. ubi asserit: „em potestatem sibi in coelo et in terra da-
tam ee". Matth 11, 17. „Ota tradita mihi st a Patre meo, et nemo novit filium
nisi Pater, neq Patrem quis novit, nisi filius." Quae et similia vba sine
blasphemia dicere n potuisset, nisi eandem naturam cum Patre sibi compe-
tere scivisset i.e. divinam. Idem porro evincunt ota loca, in quibus potestatem
miracula propria sua n mutuata potentia se agere asserit, seq Dm vitq
et mortis dicit: e.g. Joan 10, 18. cit: „Nemo tollet eam a me/: vitam/ sed e-
go ponam eam a me ipso, et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem
iterum habeo sumendi iterum eam". Aeternitatem sibi iterum attribuit Joan.
17, 5. „Clarifica, dicens tu me Pater apud temetipsum claritate, quam ha-
bui, priusquam mundus eet, apud te." Asserit sibi dtus existentiam apud

/.

/.

apud Patrem, antequm mundus eet i. e. aeternam. Nam ex usu loquendi biblico existere ante mundi originem, significat aeternum existere. Ita etiam aeternitas Dei describitur, Psal. 89, 2. „Priusquam montes fierent et firmare„ tur terra et orbis, a saeculo usq; in saeculum, tu es Deus." Pariter Ephes„ 1, 4: „Elegit nos Deus ante constitutionem mundi" i. e. ab aeterno. Socinia„ ni hunc usum loquendi tam prorum negant, ut potius per objectionem, quam„ proferunt, illum confirment. Dicunt enim vba „quae habui apud Te" i. q. ut vulgo exponendum ee per: quae mihi destinata erat in mente tuo ab aeterno, ut adeo de rebus bonis dici possit, eos habuisse aeternam beatitudinem apud Patrem sc: destinatam. Aut perperam. Nullam enim testimonium proferre possunt, ex quo probet, idem nude positum significare: destinatum ee." Deinde vo Xtus multis in locis profectum suum ad Patrem, cum praeexisten„ tia apud eundem, antequm in terras veniret, conjungit e.g. Joan 3, 13 „Ne„ mo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hinis" v. 16: „Ex„ ivi a Patre et veni in mundum, iterum relinquo mundum et redeo ad Pa„ trem." Ut adeo certe Xtus ante inceperit ee, quando in terras venit, sed antea jam exstiterit, quod eum, si verum e, cavit per se objectio Socinianorum. Sic go Xtus dissertis verbis naturam divinam de se praedicat. —

§. Effata Apostolorum.

I. Joannis Evangelistae.

Apostoli Xtum bene intelligentes copiosis testimonis illum Dm ee pronunciarunt. Praecipua loca adferimus et quidem:

I. Joannem Apostolum citamus, qui Evangelium suum hisce aliis sublimibus„ verbis orditur: „In principio i. q. ἐν ἀρχῇ erat verbum, ὁ λόγος et verbum„ erat apud Deum, et Deus erat verbum: καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. Sub voce λόγος Joannes intelligit Xtum; dixit enim de eo v. 14, quod caro factum sit verbum, quod illud praeiverit et contestatus est Joannes Baptista, quod Apostoli viderint gloriam ejus, haec enim tum in Jesum Xtum quadrant. Non go tum ideam abstractam sub λόγῳ intellexit. Disputant autem cur Joannes hoc nne Xtum compellaverit. Alii ex V. T. alii ex persa„ phrasi chaldaica, alii ex scriptis Philonis, alii ex philosophia plato„ nica desumptum ee illud vocabulum dicunt. Alii ex Gnosticorum

placitis repetunt, qui Deorum miram admiserunt multitudinem, inter quos praecellentior fuit Logos, sub quo deinde Stoici facti intellexerunt istum. Non destituit probabilitate haec ultima sententia. Scimus enim Joannem Evangelium suum ex parte saltem direxisse contra Cerinthum, qui erat e Gnosticorum secta, ut deo vocabulum illud relinere voluerit, Demonstratum sub illam Logos idem non esse qualemcunq Gnosticor deorem, sed verum Deum. Quidquid autem sit, unicuique Joannes hanc compellationem sumserit, id certum est, talia de eo judicare praedicata Joannem, quae in verum filium Dei cadunt.

1° Etenim: Quod fuerit hic Logos in principio ἐν ἀρχῇ: respondet haec formula haebraico בְּרֵאשִׁית, quo incipit Genesis, quod Alexandrini verterunt ἐν ἀρχῇ. Praedicat h.l. Joannes de isto aeternitatem; dicit enim de Logo, quod hunc cum coelum et terra fierent, jam fuerit, quod clare patet praecipue ex v. 3. Quidquid autem (ut probavimus 5° antecedenti:) ante mundi originem fuit, aeternum habuerunt Judaei. Delonguent Sociniani hunc textum ad suum sensum, explicantes ἐν ἀρχῇ ab initio praedicabi Evangelii, quasi diceret Joannes: Cum praedicari coeperit Evangelium exstitit Logos. Sed melius locus proferri pt, in quo ἐν ἀρχῇ nude positum aliud significet, quam origines rerum creatarum; deinde vix esse hacce explicationem prodiret frigidus, nam nemo vix dubitare pt, istum exstitisse, cum praedicare inciperet, et Joannes inania verba scripsisset. Neque inaniter exposicio verbor: Et Logos erat ἦν apud Dm: per: In principio Evangeli praedicationis Logos ascendit ad Deum, ut disceret et audiret, quid annunciandum esset hominibus. Sicut enim ἦν in antecedenti comitate existentiam denotat, sic et in hoc quoq; qui exstitit, erat apud Deum; in vo morabatur, pascebat, ad Deum neq; ullum signum in textu ade, aliam significationem ee intelligendam, quam obviam, conversionem qui in fronte gerit illa exposicio.

2° Pergit: Θεὸς ἦν ὁ Λογος: et verbum erat Deus, quibus verbis Deum expresse dicit istum Joannes; ὁ Λογος enim subjectum orationis, quia de eo loquitur, et praedicata adscripsit Evangelista in loco qui comode, deinde enim articulum habet, est qui ordo orationis inversus: praeposuit enim praedicatum subjecto et ex propterea, quia peculiare quid et enorme quid de τῷ Λογῷ praedicare voluit Joannes, quo in casu etm in linguis praedicata praeponunt subjectis. Sociniani pluvia quaerunt effugia. Aliqui mutant lectionem Θεὸς in Θεοῦ, Dei erat verbum

bum

verbum, hoc sūn: a Deo in mundum missus erat λογος. Haec aũ lectionis mutatio arbitraria ē, oēs ēm codices habent θεος; sic qq legerunt oēs Patres, qui hunc locum citant, et etm versiones hanc lectionem exprimunt. Si aũ arabica versio habet: Dei verbum, contra reliquas nihil efficit eo mmo, cum de λογῳ in antecedentibus et consequentibus talia praedicat, quae soli Deo vero competunt. Alii permutarunt interpunctionem ponentes post ην punctum, λογος erat apud dm, et dς erat.. i.e. exstitit. Sed haec interpunctio talis ē pariter contra auctoritatem oĩum versionum et citatorum patrum sicorum. Porro Irenaeus prodit frigidus, intolerabilis. Profecto ēm nemo dubitat, Deum exstitisse, si ipsm Apostolus jam dixerat: apud dm in principio λογος exstitisse. -

Dicunt porro θεος, positum ēē sine articulo, quem penes se semper habet, si de vero Deo usurpatur, h.l. dici qũ λογος quidem Deum, sed similimodo sicut et magistratus dicunt dii. Sed primo jam verosimile nō ē, apostolum eodem vocabulo θεος, modo in vera significatione, modo in improprie in eodem sermonis tenore uti; in significatione qũ veri Dei saepius in hoc commate occurrit, dein verum nō ē. θεος sine articulo nō adhiberi de vero Deo; etenim in hoc eodem capite saepius de vero Deo sine articulo occurrit e.g. v.6. „Fuit homo missus a Deo παρα θεου v. 12. Dedit eis potestatem, filios Dei: τεκνα θεου: fieri." v.13. „Qui ex Deo: εκ θεου: nati sunt." Cui aũ sine articulo positum sit in propositio est, est ēm h.l. praedicatum praedicata talia de eo praedicant, quae soli vero Deo conveniunt, ut clarius patebit ex sequentibus. Sic ēm.

„ Joannes in eodem capite continuat v. 3. „Omnia per ipsum facta sunt, et „ sine ipso factum est nihil, quod factum ē: παντα δια αὐτου εγενετο και „ χωρις αὐτου εγενετο ουδε εν, ὁ γεγονεν: Sensus est: per λογον totus mundus creatus est, hic ēm ordo est obvius verborum, servata naturali perierum potentia. Expositiones aũ adversariorum sunt contortae, summunt ēm non de creatione physica ēē sermonem, sed de morali, quo per stupendiorem doctrinam effecta sit, ea sūn quae per ipsum in melius reformata sunt. Sed nō possunt probare, verbum γινεσθαι sine additamento hoc sūn venire; in loco aũ contextu nec ullum vestigium occurrit de reformatione morali ēē accipiendum, est qũ interpretatio arbitraria. Deinde in interpretatione locutionum posita, etm v. 10: „In mundo erat, et mundus „ per illum factus est" de universali morali reformatione sumi deberet, cui aũ obstant immediate sequentia „et mundus ēm nō cognovit," nam tolleret hoc ultimum membrum ea, quae universaliter immediate

antea dixerat. Cum e contra in serie logica optime quadrat nostra interpretatio, summam ēm mundi ingratitudinem voluit declarare Apostolus, qui mundus creatorem suum, quem summo desiderio amplecti debuisset, respuit. Accedunt versiones, quae diserte loquuntur de vera propriaq; dicta eōr: ōium creatione.

Urgent porro alii et dicunt, in textu legi: „ōia creata ēe διὰ τοῦ Χριστοῦ; n. aūt ex Χριστῷ; recte aūt ex αὐτῷ dici de patre, διὰ αὐτοῦ de Χριστο, quia instrumentum Chō fuerit Pater, inferior ōio Patre. Respondemus aūt, verum id n. ēe, nam praepositiones εἰς et διὰ promiscue eodem sēn usurpant, e.g. Rom. 11, 36. „Quoniam ex ipso [ἐξ αὐτοῦ] et per ipsum [διὰ αὐτοῦ] et in ipso [εἰς αὐτόν]. 5, 22. „Unus ē Dō, qui justificat circumcisionem [i.e. Judaeos] ex fide [ἐκ πίστεως] et praeputium [i.e. ethnicos] per fidem [διὰ τῆς πίστεως]. Sic gō Logos mundum creavit i.e. ōnipotens adeo Deus ē, adeoq; Joannes his in locis Num disserte aeternum, ōipotentem et Dm vocat. — Illis consona sunt praedicata, quae idem Evangelista alibi in locis Chō attribuit. Vocat illum Unigenitum a Patre v. 14 i.e. unicum, qui sibi parem n. habet; vocat illum per excellentiam lucem, vitam pariter v. 4; appellat ipsum α et ω primum et novissimum, initium et finem Apoc. 1, 8 et 17. item super Apoc. 19, 7-9. sermonem facit de nuptiis agni i.e. Chi, quas easdem nuptias v. 7. coenam Dei magnam appellat et sic porro; quorum locorum verus sensus ex expositis locibus facile patet. —

§8. II. Sancti Pauli

α) ad Philippenses II. 5-11.

Eandem doctrinam profitetur Paulus, dum Philipp 2, 8-11. scribit: „Hoc ēm sentite in vobis, quod in Jesu Chto." i.e. tali animo, quali Dnus Jesus, ipse vobis humiles spiritu, ut ex contextu patet: „qui cum in forma Dei esset ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, non rapinam arbitratus est ēe se aequalem Deo τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens μορφὴν δούλου λαβών, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut hō; humiliavit semet ipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem aūt crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen, quod ē super ōe nomen: ut in nomine Jesu oe genu flectat, coelestium, terrestrium et infernorum."

Verissime Paulus h.l. Dnam in Chto naturam asserit. Etenim in forma

in forma Dei significat: personam divinam sustinere, divinam essentiam et majestatem referre; nam μορφη de essentia rerum apud auctores gr. profanos eodem significatu occurrit ac οὐσια v φυσις. e.g. in Plat. de Re. publica Lib II. de Deo apud Josephum Flavium contra Apionem Lib II §16. Significatu aut essentiae summendum ee hic, patet ex addito „ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ee se aequalem Deo": quod de perfecta aequalitate, n de similitudine hm est accipiendum propter oppositum „μορφην δούλου λαβὼν et ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος „in similitudinem hnum factus" illum verum hnem fuisse significant, hnam illum habuisse essentiam; sic et in forma Dei ee, est dona gaudere essentia. Sensus gr. totius loci est. Hoc animo tibi affecti, quali Dnus Jesus, qui cum Deus esset, n cupide, ut potuisset, sua majestate uttendum putavit, hoc significant vba.: „non rapinam arbitratus" sed ad tempus ab illa abstinuit & statum humilem naturae humanae esse deprimens; propterea mortis laboribus exanitatis Deus exaltavit illum, quem adorant oes, quicung existunt naturae rationales, quod exprimit Apostolus per vba.: „ut in nomine Jesu oe genu flectatur." Verba aut haec de statuti nominis adoratione ee sumenda, qualis soli Deo debet, patet ex ipsa formula gener. κάμψῃ, quae alias quog adorare significat. e.g. Rom. 14, 11. „Jerijalum e em, vivo ego dixit Dominus, quoniam mihi oe genu flectetur," κάμψει πᾶν γόνυ. Jes. 45, 23. Pariter ad Romanos 11, 4. Paulus gr. hoc loco statuo donam essentiam et cultum propterea divinum attribuit. –

§9. b. Ad Romanos.

Expressio vbis h.l. Paulus statum dm dicit. Apostolus se teneri mo in populares suos Judaeos, qui tot sanctas praerogativas spreverant, amore ducus, optat anathema ee pro fratribus i.e. morte atrocissima quavis modo sanguine suo salutem eor redimere possit; dicit nempe v. 3, 4: „optabam em ego ipse anathema ee a sto pro fratribus meis, qui st cognati mei secundum carnem, qui st Israelitae, quorum adoptio est filiorum, et gloria et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa; quorum Patres (i. e. quorum majores) sunt Patriarchae (oe: Abrahamus, Isaacus, Jacobus) et reliqui." Illis jam praerogativis populi Israelitici expositis addit sequentem primariam: „et ex quibus est Christus secundum carnem" (καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα) qui e supra dia dr benedictus in saecula. Amen. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. –

Hasimam, sc: inter concessas populoribus suis prerogativas habent illam, quod Xtus ex illis descenderit κατα σαρκα i.e. secundum humanam suam naturam, de quo aũ Xto porro dicit, quod simul sit Deus æternum celebrandus. Hic sensus obvius est, et legenti se primus obtrudit, deinde aũ verba: „qui est supra oĩa Deus" ad Xtum ẽe referenda patet, quia secus superfluum fuisset dicere de illo ex Judæis ẽe secundum carnem, nisi addere de illo voluisset, quod gdm dignitatem ejus et crimen Judæorum eum spernantium augeat, sed simul tale sit, quod expositionem aliquam constituat cum hña Xti nãa, quam trasit a Judæis, dm gõ diffe. de Xtum appellat. –

Socinianj variis medijs hunc locum oppugnant:

1: Quidam ipsius lectionis genuinitatem in dubium vocarunt, illudq vocabulum (ὁ) ὡν, in textum intrusum dixerunt. Tenant aũ id contra auctoritatem codicum, versionum et Patrum /auctor pag. 68/

2: Alij ũg, plures partem Itm citati versus ad Xtum referunt, interpunctionem mutantes ponunt sc: punctum post: secundum carnem: reliqua vo „qui est super oĩa Deus benedictus in secula", ad Patrem referunt, et prodoxologia habent, q.d. Paulus: Deo, qui est super oĩa, laus sit aeterna; ast peperam, illa interpunctionis mutatio regulis grammaticis repugnat: ὁ ὢν ẽm possibile est pro ὁς, ὃν /qui est/ quod referentem est ad subjectum proxime antecedens sc: Xtum, non aũ referri potest ad sequens sc: Deus. –

3: Hoc alij intelligentes posuerunt punctum post ὁ ὢν ὠν τὸ κατὰ σάρκα referentes adhuc haec oĩa ad Xtum hoc sũ: ex quibus majoribus est Xtus secundum carnem, qui est ὢν ὠν τὸ κατὰ σάρκα sc: πατρων super oĩs hos majores, illisq excellentior. Reliqua habent pro doxologia. Dicimus aũ contra hos et priores: doxologiam hic locum habere ñ posse, nam:

a/ doxologia hoc loco affectui Apostoli contraria ẽ, in summa ẽm tristitia versatur, ut versu 2: expresse dicit: „quoniam tristitia mihi magna ẽ, et continuus dolor cordi meo." Tristitia aũ Apostoli deprecatio pro salute Judæorum, quam 10, 11. expresse addit, ñ aũ laudatio convenit. –

β/ Haec aũ porro vta in se spectata propter usum loquendi doxologia ẽe ñ post, nam in oĩbus doxologijs, quæ frequenter in V. et N. T. occurrunt, nunquam dicit Θεος εὐλογητος, sed constanter εὐλογητος Θεος;

elochim baruk baruk elochim

θεος, sicut in hebraico אֱלֹהִים בָּרוּךְ בָּרוּךְ אֱלֹהִים sed בָּרוּךְ e.g. II Cor. 1,3. Eph. 1,3, Luc 1,6-8, Psal 66,20. Si haec cui videantur minutiae et parum differre, sive quis dicat benedictus Deus, sive Deus benedictus, meminerit contra leges grammaticas et usum loquendi nihil effici argumentis philosophicis, quod eum in se liberum est, usu fit necessarium. Sic etm in germanico dicimus Gott Lob, nequaquam aut Lob Gott.

ββ. Contra doxologiam aut vigentium etm e, quod ab initio diximus κατα σαρκα postulare additamentum, quod aliquam conditionem exprimat, quo oppositionem constituat, quae aut nequaquam est Socinianor esposizione assumpta. Deus ibi benedictus in speculo merito ad xtum referimus etm, quam praedicatum, ex quo ingratus Judaeor animus xtum, qui ad illos pervenerat respuentium, quam manifestissime patet. Si Socinian porro dicunt, formulam ὁ ὢν ἐπὶ παντων θεος, alus in locis nunquam de filio usurpari, sed de patre, respondemus: Etsi hoc unico in loco de filio sit, veniat, id contra nos nil efficere, sequeret, eum, quod cujusvis vocabuli ἑρμηνεία, ποικιλον interpretatio sit reicienda; deinde aut Paulus alus in locis, quod vidimus, talia de xto praedicat, ut sane ea in unum comprehendens, illa formula, quae alioquin de solo vero Deo venit, possit, imo debeat de xto uti. –

§10. Ad Hebraeos I cap. toto. Colossenses I, 16, 17.

Divinam xti naturam Paulus etm in Epla ad Hebraeos I cap. clarissime enunciat, sic eum scribit: „Multifariam, multisq modis olim de loquens patribus in prophetis: novissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit et haeredem Universorum, per quem fecit et saecula δι' οὗ καὶ τοὺς αἰωνας ἐποιησεν, qui cum sit splendor gloriae, ὃς ὢν ἀπαυγασμα της δοξης, et figura substantiae ejus, καὶ χαρακτηρ της ὑποστασεως αὐτου, portans ea xto virtutis suae, purgationem peccator faciens, sedet ad dextram majestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius nomen pro illis haereditavit. Cui enim aliquando Angelorum dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in Patrem, et ipse erit mihi in Filium? Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae dicit: Et adorent eum oes angeli Dei, et ad Angelos quidem dicit, qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis.

„Ad filium aũ: Thronus tuus Dē in saeculum saeculi, virga aequitatis, virga regni tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te Dē Dē tuus oleo exultationis pra participibus tuis. Et Tu in principio Dne terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt coeli. Ipsi peribunt, Tu aũ permanebis, et oēs ut vestimentum veterascent, et velut amictum mutabis eos, et mutabuntur, tu aũ idem ipse ēs, et anni tui n deficient." - Apostolus hoc in loco I de filio praedicat ōipotentiam, eo quod illi et creationem et conservationem adscribit, priorem in vbis „per quem fecit et sacula" alterum in verbis: portans ōia verbis virtutis suae."
Ob similitudinem huc referimus quoq locum ad Colossenses I, 16, 17, ubi idem dicit: „quoniam in ipso condita sunt universa ἐκτίσθη τὰ πάντα in coelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; ōia per ipsum et in ipso creata sunt." quibus verbis creationem per filium, „et ipse est ante oēs, et ōia in ipso constant" καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, quibus verbis conservationem per eundem exprimit. Sub saeculis sc: quo vocabulo ad Hebr. ubi, intelligit, mundus quidquid in universo hoc continet. In hoc aũ significatu occurrit in hac ipsa epist. ad Hebr. 11, 3. „Fide intelligimus aptata esse saecula, τοὺς αἰῶνας verbo Dei, et ex invisibilibus visibilia fiant." Dicit gō Apostolus nostro in loco Coloss. 1, 16. qui locus per se explicat, consentienter cum Evangelista Joanne, per filium mundum esse creatum.
Quaerunt gdm Sociniani et in hoc loco effugium idem, quod contra Joann. 1, 3. tentant, exponentes de reformatione morali. Idem, quod supra, et hic monemus, ipse vocabulum κτίζειν nude positum nunquam hoc sēu venire, sed tunc per additam determinationem ad significatum reformationis moralis restringi e.g. Ephes 2, 10, 4, 24. Caeterum nude positum etm alibi in locis de creatione physica adhibet, e.g. I. Cor. 11, 9. „n em creatus est ἐκτίσθη vir ex muliere, sed mulier ex viro." Pariter Apoc 4, 11. -
Ad alterum aũ locum Coloss. 1, 17. attinet, verbum συνέστηκεν etm apud auctores classicos profanos in significatione conservationis occurrit e.g. in Aristotele de mundo c. 6. ὁι ἐκ τοῦ θεοῦ τὰ πάντα καὶ διὰ θεοῦ ἥνωται συνέστηκε. Ex hoc loco facile explicat, quid sit „ōia portare verbo virtutis suae" ad Hebr. c. 1, 3. Aliqui gdm Sociniannorum locum Colos. 1, 16. ad conservationem et regimen Ecclesiae restringi volunt, quasi ibi delebrabat, sto

sto conservatio universi. Sed in textu legimus omnia, quod sine necessitate ad particulare restringi nō pt, dein regimen Ecclie aperte a conservatione Universi distinguit„ subjungit ēm Apostolus v. 18„ et ipse est caput Ecclesie" ut adeo ex conservatione universi inferat conservationem et regimen Ecclie quoque. Denig putamus conservationem Ecclie non faciliorem ee, quam conservationem universi, eandemq illam potestatem supponere. –

II. Non aut Dm creationem et conservationem mundi sto Paulus attribuit, sed vocat illum in nostro loco„ splendorem gloriae et figuram substantiae ejus" quibus obis dnam sti essentiam, seu naturam edisserit. ἀπαύγασμα est proprie reflexio, seu refractio lucis et splendoris, metaphorice aut dicit, id, quod rem alqm perfecte exprimit, exemplar plane expressum, imago viva et absoluta alicujus rei. Hoc sn etm Sap. 7, 26. de sapientia attribuitur divina. Sensus gō est. Filius Dei plane et perfecte refert δόξαν gloriam i. e. majestatem divinam. χαρακτὴρ est nota impressa aut incisa, signum quo alterum ab altero distinguit, deinde imago et figura rei alicujus, e.g. numo incisa. ὑπόστασις in originaria significatione denotat fundamentum, fulcrum; metaphorice: firmam fiduciam, denq denotatur per illud suppositum, res existens, natura, substantia, essentia. Duo priores significatus sensum in nostro loco nullum fundunt, quod patet textum cuiq vel obiter legenti; restat gō tertia significatio, quae ex contextu necessario postulat, cum Apostolus in eo versat, ut exhibeat, quis, qualisnq filius sit. Appellat itaq Paulus stum h. l. eum, qui perfecte refert majestatem dnam, et imago plane aequalis est substantiae divinae. De perfecta aut aequalitate Paulum loqui patet, quia huicce Filio Dei in antecedentibus creationem, in sequentibus conservationem adscribit. Sed idem quoq evincit, ex reliquis, quae de Filio Dei hoc capite praedicat, etenim dm Patrem inducit ad Filium loquentem verbis Psal. 96, 7.„ sc: Angelos Eum adorare" quae vba in illo Psal. de cultu latrico necessario sumunt. Porro vba Psal. 7 et 10, quae vba potentiam et immutabilitatem dnam praedicant, et de nemine, nisi de vero Deo possunt praedicari. Sic gō Paulus his in tribus locis stum talem describit, qui dō verus e, et dm illum expresse appellat.

§II. III. St. Apostoli Thomae.

Locus gdm multum vexatus, attamen n desperandus in Joan. 20, 28 occurit,

Dō sc: resurrexerat et apparuit suis ingenti gaudio recreabis. Thomas n erat
inter illos, nec referentibus credidit; cum vō post 8 dies Xtus denuo appa-
" ruerat, et ad Thomam conversus dixerat: "Infer digitum tuum huc, et vide ma-
" nus meas, et noli ee incredulus," sed fidelis." Respondit Thomas et dixit ei:
" "Dominus meus, et Dō meus"! Κυριος μου και ὁ θεος μου. Vocat Thomas
" Xtum Dnum suum et Dm suum. Multi gdm putant, haec vba ee exclama-
" tionem ad Deum Patrem, quasi Thomas viso Xto obstupefactus diceret: "Mi Dō
" quis hoc credidisset." Ast exclamationi obstant:
a). Judaeis interdictum erat in exclamationibus nomen Dei adhibere, quo ubi tm
licebat in orationibus et dum jurarent, nostrum gō quasi morem obtrudunt
Thomae Judaeo, qui putant, illa verba continere exclamationem.
b). Verba praecise ad Xtum et n ad alium dirigunt, testus em habet ὁ κυριος
μου ὁ θεος μου autem in toto N. T. nunquam significatione exclamare ocurrit.
c). Supplendum ee existimant τὸν λογον, ut doxologia prodeat; arbitrio suo
nimium indulgent, dura em ee et supplenda, et quasi conjecturam redolet dog-
maticam. —

§12. IV. Apostolorum in genere

" 1°. Huc referimus primo locum Act 1, 24. "Et orantes dixerunt Tu Domine,
" qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum". Ser-
" mo sc: e de electione novi Apostoli, adeo ergo de divinitate Xti persuasi
erant Apostoli, ut ei discientiam tribuerent, sine qua nemo corda et re-
nes scrutatur. Idem argumentum inest verbis Pauli I ad Corinth.
2°. Idem evincit, ex variis locis, in quibus Apostoli Xtianis a Xto aeque ac
a Patre favorem, benedictionem, et bona bona exoptant in variis fere Epistolis. Quod em facere n potuissent, nisi de divina ejus natura et aequalitate ejus cum Patre Deo illis fuisse persuasum. Hisce absolvimus testimonia scripturistica pro Dna Jesu Xti natura et essentia. —

§13. Objectiones Adversariorum a s. scriptura petitae solvuntur.

Praesidium in s. libris ipsis sibi invenisse videnti, qui naturam Dnam
Xto adjudicant. Non tm em loca, quae adduximus classica in alium,
quod vidimus et solvimus, sensum detorquent, sed et testus proferunt,
in quibus clare dicat Xtum non ee Deum. Et gdm duplicem ejusmodi tex-
tuum classem proferunt: primariam eorum, qui dicunt: solum Patrem ex-
clusive ee Deum; alteram, quae Xto tribuere videtur, quae in verum Dm pe-
quaquam cadunt.

Ad objectiones ām hāc solvendās notanda sunt principia sequentia:
1ō Observandum: Filium non solum Dm ēē ab aeterno, sed et hominem ēē in tempore factum, ut suo loco docebimus; ex unione autem utriusq; naturae conjunctione fit, ut de uno eodemq; modo Divina, modo humana praedicata enunciantur.
2ō Notandum Patrem nō semper in s. litteris occurrere in relatione ad filium, sed et Patrem Deum appellari in relatione ad creaturas, quo in sensu sane exclusive Dō dici potest, hunc ēm sermo est de divina essentia. –
3ō Insuper Patris ad Filium ea est relatio, ut, quod demonstrabimus, fiore dicāt, principium Filii, attamen aeternum. Ex quo sequitur, filium fiore ōia sua ad Patrem referre. Quo in casu solutio ipsa objectionum nullam habebit difficultatem; etenim ad 1. Si Filius Joan 14, 28. dicit: „Pater major me est." Si Matth 26, 39. nō vult ut sua, sed ut Patris fiat voluntas", vi Phil. 2, 8. obediens vocat usq; ad mortem", si Marc 13, 32 affirmat: „de die autem illo vs. hora neminem scire neq; filium hominis, sed solum Patrem", si Joann. 12, 24. exclamat et dicit: „qui credit in me, nō credit in me, sed eum, qui misit me" si haec et similia Filius dicit, sermo ē de filio Messia, qui qua talis hō erat, adeoq; ipsum a Patre discernere et inferiorem se declarare potuit, imo et debuit.
ad 2. Locus am Joann. 17, 3. „Haec est vita vera, ut cognoscant te, solum verum Dm, et quem misisti Jesum Filium", objectionem nullam constituit, nam Pater h. l. non opponit filio; haec ēm dicens duplex hūm genus mente spectavit: Gentilium et Judaeorum. Prioribus necessarium erat Dm unum patrem agnoscere deserto Polytheismo, ut adeo dūs fictitiūs gentilium hic opponit verus Dō. Omnibus aūt Judaeis ac et Gentilibus insuper necessaria erat cognitio Filii Messiae. Vocabulum solus h. l. Gentilium falsos deos excludit. Similiter si I. Cor. 8, 6. dicit: „Nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo ōia et nos in illum, et unus Dominus Jesus Filius, per quem ōia et nos per ipsum" pariter tō unus ad Dm in oppositione cum Gentilium Dūs, nequaquam ad Patrem in oppositione cum filio ēē referendum. Loquitur ēm expresse versu praecedenti de ūs, qui apud Gentiles Dii et Domini dicuntur: „nam etsi sunt, qui dicantur Dii sive in coelo, sive in terra, (si quidem sunt Dii multi et domini multi i. e. a vobis Gentilibus colunt) nobis tamen est unus Deus." Deinde vō, si hunc locum urgerent, et Patrem filio op-

oppositum defenderent, sequeret, etm, quod Pater n sit Deus, si quidem totus solus dicat Dominus, quod absurdum est. Sicut go cum Paulus adpellat totum unum Dominum, non negat Patris dominium, sic cum Patrem unum vocat Deum, non negat Filii divinitatem. Si au porro Ephes. 4,6. Paulus dicit: „Unus ds et Pater oium, qui est super oes." Deum vocat Patrem ob beneficia, quae generi humano elargit, unus go referk, ad donam essentiam, non ad personam Patris.

yy. Testus au, ubi totus Joan. 5,19. dicit: Non potest filius quidquam a se facere, nisi quod viderit Patrem facientem": v. ubi se dicit „a Patre missum Joan 3,17. „mandatum accepisse?" Joan 10,18. ex regula, quam loco 3° exposuimus, explicentur. Quod vero:

§ adlinet locum I. Cor. 15. 27-28. ab interpolibus varie discerptum, ubi hae verbum: „Omia subjecta sunt ei, sine dubio praeter eum, qui subjecit ei oia, cum au subjecta fuerint ei oia, tunc et ipse filius subjectus erit ei, qui subjecit ei oia sibi, ut sit Deus oia in oibus." Plane ejus damus explicationem, sequentes clarum interpretem Esium. Loquitur Paulus de fine ois operis Messiani, postquam ipsa inimica mors fuerit destructa, go consummata erunt oia, ad quae peragenda totus venerat, ut ipse secundum humanam naturam caput Esium, quam acquisivit sanguine suo, una cum fidelibus subjiciatur patri, totius redemptionis opere completo. Ceterum verba, ut sit Ds oia in oibus," filium non excludere a participatione divinae naturae, aeque nobis certum est. ac certum est, Paulum dum I Cor 1,17. dicit: „In Xto oia constare," Patri neque detrahere mundi conservationem. Ex his go constat, objectiones adversariorum, quas a scripturis proferunt, facile solvi. Ceterum proinde a. litt. clare hoc de divinitate filii dogma tradere. Extra au oe dubium collocatum per fidem Esii universalis, quae semper viguit, inde a primordiis rerum Christianarum.

§14. Argumentum ex traditione.

1°. Et quidem quod traditionem attinet, provocamus ad dicta Patrum testimonia, qui Xto attributa adscribunt, cultum Deum ei postulant, et Dm vocant. Notandum vo est, citanda propterea ea testimonia Ante-Nicenorum, quia neq adversarii negant post concilium Nicaenum I. fidem in filium Deum viguisse apud oes. Itaque Patres:

a/. Attributa divina Xto adscribunt. Sic Ignatius M. Epist. ad Policarpum vocat Xtum eum, qui est super oē tempus sine tempore." Justinus Apol. I "Verbum antē oēs creaturas coexistere Patri." Irenaeus adversus haeres. Lib 3, c. 20: „Si ergo malus est, non erat antea Xtus" et respondet: „videndum, quid hunc non coepit filius Dei, existens semper apud Patrem". Hisce in locis adscribit filio aeternitas. Pariter omnipotentia: Irenaeus lib 3 adversus haeres. c. 8. „Nihil comparabit verbo Dei, per quod facta sunt oia, quod est Deus noster Jesus Xtus." Sed et consubstantialitas: ὁ. προαιών. Tertullianus contra Praxeam c. 8. „Filium a Patre non separamus, prolatit em Deus sermonem, ut sol radium." c. 13. „Solum eum Xtum proprie Deum dicere unius et individuae substantiae cum Patre"; c. 4. „Ubique tereo unam substantiam in tribus cohaerentibus."

2o. Calidum donum Xto tribuit Justinus Apol. 2. „Hunc ipsum (sc: Patrem) et qui ab eo venit filium et Spiritum Sanctum colimus et adoramus." Clemens Alex. lib. 6. Paedag. c. 8.: „Est apertum, quod qui est universor: Deus unus, solus sit bonus, justus opifex, ipse Filius in Patre, cui gloria in saecula saeculorum" Amen.

3o. Deum expresse appellat Ignatius in epistola ad Smyrnenses „Glorifico „Jesum Xtum Deum", qui tanta vos sapientia donavit." Clemens Rom. in Epist. Cor. „Fratres ita oportet de Jesu Xto nos sentire, tamquam de Deo et judice vivorum, et mortuorum". Athanagoras in legatione pro Xtianis: „Quis igit, non miretur, cum audiat, nos qui Deum Patrem praedicamus, et Deum filium, et Spiritum Sanctum Deum, atheos vocari" Irinaeus b 4. c. 14. adversus haereses. „Quoniam vere homo est, et quoniam vere Deus." Clemens Alexand. Paedag. lib 1, c. 7. „Noster aut Paedagogus Xtus Deus Jesus." Haec sane producta testimonia nobis fidem Patrum ante-Niconorum clare exhibent. Plura ejusmodi legi possunt in auct. pag. 77 etc. Hisce jungit auctor confessiones martyrum, antequam in mortem pergerent, quae legi possunt auctor pag. 85.

II. Argumentum pro divinitate Filii petimus ex accusatione Judaeorum et haereticorum, qui Xtianis Polytheismum et idololatriam objiciebant. Ansam haec objiciendi sumserunt ex dogmate de divinitate Filii et Spiritus Sancti perperam intellecto. Quod si jam credidissent Xtiani.

filium et Spiritum sanctum non gaudere divina natura, facillime refutassent eos negando se filium et Spiritum sanctum habere Deum, quod cum nullum fecerunt, sed contra eos usq; defenderunt filium et Spiritum sanctum, sicut Patrem ee Deum in una tamen essentia, quod ex citatis Patribus et praecipue ex Apologiis constat.

III. Fides porro Ecc ante concilium Nicaenum patet ex condemnatione haeresis Sabellianae. Admiserunt quidem Sabelliani filium Deum dici, negarunt tamen distinctum eum a Patre; condemnata propterea in synodo Romana a. 263 jussi a Patribus profiteri Ntum ee non sola cognitione, sed realiter a Patre distinctum Deum.

IV. Denique fides Ecc universalis patet ex condemnatione Arii. Ut primum Arius ab initio sec. 4i caput erigens falsa dogmata adversus filii divinitatem spargere coepit, doctrinae novitas omnium Christianorum animos offendit, ac tamquam impius novator et haereticus accuratus communi suffragio damnatus est in synodo Alexandrina a. 318 et ab Ecclia, ut loquitur Alexander episcopus Alexandrinus, quo divinitatem adorat, ejectus est, teste Theodoreto historico Ecc. Lib. I. c. 4. Quoniam vero hi turbulentius disseminare coepit latius impiam doctrinam, incautos seducere, colligere discipulos, ad finiendam controversiam a. 325 Nicaeae in Bythynia primum generale congregatum est concilium et ὁμοούσιον seu consubstantialitas filii cum Patre solemni judicio definita. Sic quidem fides universalis Ecc constat, filium ee Deum, quam fidem vis ecclesiastica antiquitas, sicut et sacrae litterae testantur.

§15. Objectiones ex traditione solvuntur.

Sicut adversarii objectiones ex ss. litteris contra divinitatem filii formant, sic et contra Patres excipiunt, et ante-Nicaenos vario modo Ario favisse dicunt. Contra quascunq; tales objectiones monemus generaliter.

1i Testimonia certa, quod aliqua 5i praecedenti citavimus Patrum ante-Nicaenorum in Ntum Dum clare nobis exhibere, ut adeo, si aliquibus in locis minus recte docere videant, hoc ex more antiquo philosophandi, extralia terminologia, et similibus ex causis proveniat, nihil sanctos illos et eruditos viros sibi ipsis contradicere statuere velimus.

2i Observandum est, quod s. Hieronimus adversus Rufinum observavit: „Patres illos antequam Arius nasceretur, innocenter quaedam et minus

„ et minus caute loqui potuisse," id eo securius facere poterant, quia timor nullus erat, ne perperam intelligerent, quod cordibus alte fides sancta insederat. Haec quidem certe praecipia a nobis patebit, si speciatim objectiones consideremus, quas proferunt. Dicunt nempe:

a). Fuisse plures synodi Nicaeno ambiguiores, qui filio tribuerunt nativi, talem quandam, quae aliquando coeperit, et mundi creationem antecesserit. Respondemus: Non posse negari patres quosdam de nativitate Filii ante origines mundi loqui, attamen non loquuntur de illa nativitate, quasi aeternam excluserint, sed intelligendi sunt de processione metaphorica, qua filius quasi prodiit ex Patre ad constituendum universum, seq. et Patrem creaturis manifestavit. Id clare discimus ex Athanagora, quem specialiter accusant, qui in Apologia sic scribit: „ Quidnam sibi velit hic filius Dei paucis dicam: Primogenitum illum ee Patris progeniem, non quasi factum: creatum: quoddam sit: a principio enim Ds, qui est aeterna mens habuit ipse in se Logor, cum aeternum sit Logos: sed ita sit, cum producenda erant coelum et terra, et ea, quae in eis est, adhuc ut energia et idea eorum esset, prodierit."

b). Accusarunt porro illos: Patrem majorem dixisse filio, Patrem ab ipsis appellari solum αὐτον Θεον i.e. eum, qui per se solus sit Deus. Neque hoc negamus; sed eatenus illi tali modo loquebantur, quatenus Pater principium sit Filii, adeoq. filius quamquam aeternus, tamen dependeat suo a Patre, quatenus Pater principium est filii et Spiritus sancti; jure dicit, αὐτος Θεος major in dignitate, neq. tempore, sed origine. Non alii ad sic loquendo exprimere voluerunt, quam quod concilium Nicaenum ipsum, cum illum profiteretur: „Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero." Id abesse sic se habere patet e Tertulliano, quem praecipue ex hac parte accusant. Etenim si Patrem describeret αὐτον Θεον et majorem filio diceret, sic tamen de filio scribit, ut originem, in eo dignitatem respexisse dicat. Dicit enim lib. 4. contra Marcionem c. 25. „ Patrem Filio se non minori tradidisse ait." Loquitur libro de resurrectione carnis: „ Filius non patrimam arbitratus est periuri Deo." adversus Praxeam c. 17. „ Nomen Patris, Deus omnipotens, altissimus, Dominus virtutum, rex Israelis – haec dicimus et in filium competisse." Qui sit de Filio scribit, non poterat dicere Filium Patre minorem, essentiam et potestatem

mente spectare.

ō. Si aliqui Patres vocant Patrem αἰτίαν causam filii, vocabulum αἰτία non ñ desumpserunt de illo, quod nos causam dicimus, ex qua ab extra prodeat effectus, sed sīu latiori sc: eo, quo Patrem principium Filii et nos appellamus, secus ēm filium cibalis in loco Deum verum dicere ñ potuissent.

d. Quod aūt Platonismum attinet, ex quo, ut ajunt, suam de Logo hauserint doctrinam, Justinus, quem praecipue accusant, se ipsum vindicat. In dialogo ēm cum Tryphone Judaeo senem, cui adsipulat, sic adducit loquentem: „Nihil est mihi curae Plato, nihil Pythagoras; exsiliverunt his antiquiores homines dīni spiritus afflatu loquentes, quos prophetas dicunt, hi soli, quid in vero sit, viderunt, et hominibus pronunciarunt. Conse„ stim vō in animo meo ardor excitatus est, et amor invasit prophetarum „ et virorum illorum, qui Xō cari sunt et amici: sic senex: Ac per eos „ vero ipse: Justinus: / disputationem mecum (ipsius) illius: sc: senis / „ hanc ipsam solam comperi ee certam, atq. utilem philosophiam, at„ que ad hunc modum et per haec ipsa ego Philosophus factus." Non ne Justinus his verbis aperte dicit, se suam doctrinam ñ e schola Platonis, vel cujuscunq. philosophi hominis, sed a s. prophetis et Apostolis habere? Sed non id dīm, verum insuper Justinus in ea sententia est: Platonem illa ea, quae recta dixit, e doctrina revelata habere. Postquam ēm dixisset 2 Apol. Platonem quoq. docuisse: Verbo Dei factum ee mundum universum, imo Spiritum sanctum ñ fuisse prorsus ignotum, dicit: „non gō „ nos eadem cum illis opinamur, sed vestri illi nostra per imitationem pro„ ferunt." Et Apol. I. „Quaecunque apud vos recte dicta sunt, nostra Chri„ norum sunt." Eodem modo et Tertullianus ab objectione Platonismi se ipsum liberat dicens de proscriptione adversus haeres. c. 7: „Quid vō Athe„ nis et Hierosolymis? quid academiae et Ecclesiae? quid haereticis et „ Christianis? nostra institutio de porticu Salomonis est, viderint, qui Stoi„ cum et Platonicum, et dialecticum Christianismum protulerunt." Quis gō hos patres, qui talia profitent, jure Platonismi accuset? Objectiones gō haecce nos ñ turbant, sed manemus in fide avita, quae in Christo spiravit, et quam scriptura clare enunciat: Filium sicut Patrem ee Deum.

Articulus tertius.

Spiritus sanctus est Deus.

§16. Transitus.

Divina natura seu essentia in ss. V. T. documentis n. Patri et Filio tm, sed et alteri adscribit, qui dicit, Spiritus sanctus, quem demonstrabimus eo, quod in ss. libris ei primo: Attributa dna; secundo: Nomen Dei; tertio: cultus divinus tribuit, quod idem s. traditio et fides universalis Eius confirmat.

§17. A. Attributa divina.

Ius Salvator, (quod vidimus §16, Pa II.) saepenumero de Spiritu Sto ad suos Apostolos habiturus locutus est, eumq. Spiritum sic describit: qui ea sit, ad, eaq. possit cum discipulis communicare e.g. Ioan 16, 13. „Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem"; qui futura nosset, eodem loco: „et futura annuntiabit vobis; imo qui sciat omnem Apostolorum statum, vitae difficultates, qui ante praesides et tribunalia ducti adfuturus sit et suggesturus, quid loquantur, Luc 12, 12: „Spiritus sanctus enim docebit vos in illa hora, quid oporteat vos dicere." Matth. 10, 20. „Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur ex vobis." Haec sane et similia Sti verba edisserunt Spiritui sancti scientiam, sed et talem potestatem, quae par est animis illustrandis et confortandis, cui nihil resistat i.e. omnipotentiam. Haec vo attributa conspicua quoque fiunt in ipso festo Pentecostes, cum ille Spiritus sanctus illaberetur Apostolis. Illam etenim Apostolor immutationem, quae strictissime Spiritui sancto adscribit, nemo nisi qui Deus est, effecerit, omniscius et omnipotens. Omniscientiam illi quoque Paulus adscribit, cum I. Cor. 2, 10. dicit: „Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum, Spiritus enim scrutatur, ea etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit, quae sunt hominis, nisi Spiritus Dei." Sermo est de decretis dnis, salutem humanam attinentibus hucusq. ignotis, Apostolis aut per Spiritum sanctum communicandis; pabio aut cur huic Spiritui tuto credi possit, additur, quia profundec quoque consilia Dei accuratissime novit, scientia autem entis infiniti et arcanor eius consiliorum intelligendi facultatem infinitam

/.

supponit. Pro discientia supra faciunt ea loca, quae Spiritum S. auctorem sacrorum librorum, aut praecipue oraculorum prophelicorum declarant, II. Petri 1, 21. „Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines." Eodem modo describibil „Spiritus sanctus omnipotens Luc 1, 35. Angelus ad beatissimam virginem, dum nunciaret incarnationis mysterium, dicit: „Spiritus sanctus veniet superveniet, et virtus altissimi obumbrabit tibi." quo in loco virtus Spiritus sancti dicitur virtus Altissimi i.e. omnipotentis. Accedit, quod formatio corporis Chti in utero virginis sine viri interventu, quae Spir. S. adscribitur, omnipotentiam supponat. I. Cor. 12, 8-11. Paulus pronunciat sermonem sapientiae, scientiae, fidem, gratiam, operationem virtutem, sanctitatem, donum prophetiae, discretionem spirituum, cognitionem linguarum opera esse Spiritus S. et addit: „Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult." Deoque Spiritus sanctus pro liberrima sua voluntate et independentia dona tribuit, quae alias a solo Deo repetunt, describit, qui omnipotens.

§18. Nomen Dei. (B).

Spiritui sancto non tam attributa divina adscribuntur, sed et Ds expresse dicitur:

1° eum dirigit ad Spiritum S. appellatio quorundam locorum, quae in A. T. nomen dei Jehovae praeseferunt. Dicit e.g. Paulus ad Hebr. 3, 7-9: „quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: hodie si vocem ejus audieritis &" etc. Idem qui in V. T. dicit „Spiritus, in V. appellat „Jehova Deus.

2° Pariter etm in novo Foedere formulae ἐν πνεύματι ἁγίῳ et ἐν δυνάμει τοῦ θεοῦ vel ἐν ἁγιότητι τοῦ θεοῦ promiscue ponit, e.g. quod Matth 12, 28 dicitur: „Si ego in Spiritu Dei ejicio daemones" Luc 11, 20 exprimit: „si in digito Dei ejicio." Similiter Itiam nos dicunt „templum Dei vivi, nos autem dicimur templum Spiritus sancti I. Cor. 6, 19. „An nescitis quoniam membra vestra sunt templum Spiritus sancti, qui in vobis est?"

3° Celebris locus est act 5. in historia Ananiae et Saphirae. Fraudarunt sc: de praelio agri venditi, et partem tm quandam Ananias ad pedes Apostolorum adtulit. Petrus vero ad eum dixit: „Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto." v. 3. et ulterius factum illi exprobrans: „Non es mentitus hominibus, sed Deo." Idem qui Spiritus S. dicit, versu 3° Deus appellat, versu 4° –

§19. C. Cultus divinus.

Quapropter n mirabimur, si tali et tanto cultus divinus quoque ex s. litt. tribuatur. Etenim ipse Jesus mandat Matth. 28, 19. ocs baptizari in nomine Patris et Filii et Spiritus s. Baptizari est religioni alicui initiari; cum i. gitur in Spiritus Sti nomine initiamur sicut et Patris et Filii, ille aeque sicut et Pater et Filius dna gaudeat nra necesse est, secus enim sine blas. phemia in eodem ordine cum Patre et Filio poni n potuisset, et nefas e hnes ad ejus religionem initiari. Honore porro dno colendum ee Spiritum pa. tet etm, quia Apostoli in benedictionibus Patri et Filio et Spiritum jungunt e.g. I. Petri 1, 2. Cum jam benedictio nomine Patris data certe dna sit, illa Spiritus nomine collata pariter dna ee debet. —

§20. Objectiones solvuntur. —

Haec ex s. litteris sufficiant, neq moremur objectionibus, quas ex iisdem contra Spiritus Sti dnam nram proferunt; etenim:

1) Dicunt in div. Lit. Spiritus saepius nullam fieri mentionem, ubi Pater et Filius nominatur, quod fieri n deberet, si eodem ordine cum illis collocan. dus eet. Porro istum expresse dicere Joan 17, 3: „Haec ee vitam aeternam, „ut ocs agnoscant Patrem et quem misisti Filium", quin necessarium di. cat — Spiritum quoque agnoscere. Ast etsi Spiritus saepius reticeatur, tamen nullibi negatur, imo persaepe expresse ponit, Deum etm filius sae. „pe commemorat, quin Patris fiat mentio e.g. 3, 27.: „Quicunq in Sto bap. „tizati estis, istum induistis", quin sequat, Patrem non ee Deum. Denique qui istum missum a Patre agnoscit, n potest n assensum praebere iis oi. bus, quae tradidit, ut adeo in filii missi agnitione vitae aeternae consecutio resonat, quin aliud dogma expresse commoretur. —

2) Si putant dictum Pauli ad Rom. 8, 26.: „Ipse Spiritus postulat pro nobis „gemitibus inenarrabilibus." Similiter Spiritus Sti oree; indicat, Spiritum Sum efficere, ut veras preces ad Deum fundamus, id enim ex contextu patet. Di. cit s. Paulus: „Similiter et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram, nam „quod oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus est", ut adeo ex hoc testu potius pro nobis argumentum inferat, cum nemo nisi ab precum genuinarum Spiritum pt excitare in nobis. —

3ª Ad objectionem ex Joanne 16, 13: „non loquitur Spiritus s. a semet ipso, sed quaecunq audiet loquetur" et ex similibus locis petitam jam respondit S. Augustinus tractatu quoque in Joannem dicens: „Ab illo audiet, a quo procedit; audire illi, scire est, scire vō ē." Similes textus ego non nisi intimam conjunctionem Spiritus cum Patre et Filio per processionem indicant, de qua postea. Haec ex s. litteris sufficiant. In hanc ex doctrinam tota etm consentit antiquitas ecclesiastica et fides Ecclesiae universalis.

§21. Traditio.

1ª Quod jam Patres ex allinet uno ore de Spiritu s. sic loquuntur, ut appareat, illos Dm ē credidisse e.g. Irenaeus Lib. 5. adver. haeres. dicit: „Spiritum sanctum ideo differre ab afflatu, quo Adamus animatus est, quod afflatus ille temporalis sit et factus, Spiritus sanctus aut increatus et sempiternus." Athanagoras in Apologia pro Christianis: „Quis igitur, ait, animet nos, qui Dm Patrem praedicamus, et Dm Filium et Spiritum s. ita, ut unionis eorum vim et ordinis distinctionem exponamus impios et atheos praedicari?" Clemens Alexandrinus Paed. lib. 3. c. 12: „Deinde unum Patrem et Filium una cum Spiritu sancto, qui unus est ubique, in quo ubique, per quem ubique unum, cui gloria nunc et in saecula saeculorum Amen." Celerum unus pro omnibus est. Basilius Magnus qui in libro de Spir. S. contra Pneumatomachos (ma) ante se Patrum testimonia collegit et illustravit.

2ª Alterum argumentum desumimus ex doxologia in Ecl. antiquissima usitata, quae colit et invocat Spiritum sanctum sicut Patrem et Filium. Meminit ejus s. Basilius loco citato praecum lucernariarum, in quibus dicebat: „Laudamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum." Consuetam autem nostram doxologiam: „Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto" in ecclesiam introductam ē defendit Baronius ad a. 325; Socrates autem in hist. eccl. alium auctorem et Ignatium M. jam illam usurpasse asserit. Quidquid sit, antiquissima certe est, et quamvis usu etm venerint alia e.g. „Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto v. gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto v. gloria Patri in Filio et Spiritu Sancto": nostra tamen consueta adhuc catholicorum erat, quod patet, quia Basilius libro de Sp. s. commemorat, se dum oraret „cum Filio et Spiritu S." v. „per Filium".

„per Filium in Spiritu S.“ propter vocum novitates populi offensionem incurrisse, unde compulsus fuerit, ut utramq formulam ee orthodoxam pluribus defenderet. Adeo facile populares offendebantur si qs minimum proferebat, quod orthodoxae fidei in Spiritu S. adversari videbatur. — 3. Fidem an Ecclesia universalis nobis palefacit condemnatio haeresis Macedonianae. Erant sc: teste Ignatio M. in Epla ad Tralianos antiquissimo jam tempore plures, qui erronee crederent de Spiritu S., illumq inferiorem Patre et Filio dicerent. In oblivionem forte illi abierunt errores cum Ariana haeresis caput efferret, omnesq filio Dei accuparentur; hinc factum est, ut concilium Nicaenum I^um ii multum de Spiritu S. praecipere[t]. Cum vo postea Macedonius Arianismum quoad vitans Spiritum Sanctum filii creaturam defenderet, contra eum oes surrexerunt fidem avitam de divina ejus nda testantes. Prima Synodus, qua impium Macedonii dogma proscriptum est, fuit Alexandrina, cui S. Athanasius praefuit a. 362, teste Theodoreto. idem factum e in concilio Illyrico a. 367, deinde Romano sub Damaso papa, teste Theodoreto. Denig in generali ab universa Ecia recepto concilio Constantinopolitano I. a. 381, in quo solemniter proscripta e Macedonii doctrina et Spirit. S. divina nda enunciata, cui eadem ac Patri et Filio adoratio debeatur. His concludimus caput primum, ex quo patet Patrem, Filium et Spiritum Sanctum ee Deum.

Caput secundum.

Pater, Filius et Spiritus s. personae distinctae.

§22. Nexus et momentum.

Per ea, quae hucusq diximus doctrina Ariana de SS. Trinitate nondum absoluit. Erant em, quod historia eccl. testatur, qui minime negarent Patrem, Filium et Spiritum S^um appellari in s. literis Deum, et hm eorum doctrina ab Ecia rejecta fuit eo, quod negarent realem distinctionem inter Patrem et Filium et Spiritum sanctum; ingenio em suo minime indigentes in eam inciderunt opinionem, appellationem: Pater et Filius et Spiritus Sanctus ee hm diversa nomina diversas operationes divinas significantia vs. diversos modos, quibus virtus Dna seipsa exseruit. —

Dicit, haeresis haec Sabelliana, quae quidem in diversos ramos excrevit, in eo tm convenient oēs, quod distinctionem personalem tollerent, anteri-
oribus propterea dicti, ad quos referunt quoque Patripassiani, quorum placita ex historia quoque nota sunt. Cum jam doctrina de Trinitate gravissimi, ut vidimus 5ti 2i momenti sit; ab hacce aū haeresi oēs illane-
getur, cum insuper Sociniani, et recentiores Rationalistae in eadem abe-
ant placita, summum disquisitionis sequentis momentum sponte fluit. An-
te sūa doctrinam orthodoxam proponemus, quam deinde demonstrabimus.

§23 Doctrina catholica

Cum jam haeresis Sabelliana sanum verbum depravaret, n poterat magis-
terium Apostolicum hanc sublimem doctrinam accuratius definire, quod ac-
cidere eo debebat, si certos terminos loquendi elegit, quibus doctrina vera
sine erroris periculo accurate exprimebatur. Ecclesiae aū competere ta-
les loquendi formulas eligendi, etsi n sint revelatae, in propatulo e ex noti-
one societatis. Etsi em nova dogmata condere n pt, sed in iis subnixa e
verbo Dei; orta tm controversia, certas easq breves et distinctas loquendi
formulas statuere poterit, quibus n novum aliquod dogma condatur,
sed antiqua doctrina modo apto exprimatur, in qua em discrimen inter
doctrinam orthodoxam et errores haereticor dilucidatum habebit, nec pe-
riculo exponentur, facile aberrandi a vera doctrina, si qm sum formu-
larum eum teneant, quem Ecclia cum eis conjunxit. Etiamsi ge hujus-
modi formulae n sint revelatae, teneriae tm st a quocunq fideli, nec
ab illis unquam recedendum. Haec Augustinus jam pulchre pronunciavit
l. 7. c. 7. de Trinitate dicens: „Est quaedam improbitas vocabula improbare,
„quae n aliud explicant, quam quod scripturis expositum traditur; quid igi-
„tur restat, nisi ut fateamur: necessitate loquendi parta ea haec vocabu-
„la, cum f copiosa opus est disputatione adversus errores et insidias hae-
„reticorum?" Pariter S. Thomas. P. I. quaest 29. art 3. „Ad inveniendum no-
„va nomina antiquam de Deo fidem significantia, coegit necessitas dispu-
„tandi cum haereticis." Hoc jure utens Ecclia data occasione et necessi-
tate oblata formulis certis veritates antiquas involvit, sic et fecit in doc-
trina de S. Trinitate. Cum em Sabellianum discrimen inter Patrem et
Filium et Spiritum S^um tollerent, simulq offensam Ecclesiae propterea

propterea incurrentes, quaererent, quid gō Pater, Filius et Spiritus sanctus, si n̄ sint diversa dn̄ nomina, vl. modificationes unius ejusdemq; dīnæ essentiæ? Respondit Ecclēsia: Sunt personæ. Quaerit, gō, quid nomine personæ in hac nostra doctrina veniat? Persona in nostra doctrina nil aliud significat, quam suppositum intellectu et voluntate praeditum, ab altero distinctum, ita ut Pater n̄ sit Filius, Spiritus s. neq; Pater, neq; filius. Ex altera aūt parte ab hac notione personae dīnæ recedendo sunt, quae ceterum in personas humanas quadrant. Persona sc: nomine alias venit rationalis nāæ individuum existens ita, ut quot sint personæ, tot sint individua extra se existentia. Non vō sic in personis dīnis, n̄ ein sunt Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, quamvis ab invicem distinguendi, individua extra se existentia, sed tria suppositā nā praedita dīna, quae constituunt unam dīnam substantiam ita, ut neq; confundi personæ possint, neq; separari substantia. Esse hunc Ecclesiæ dn̄m patet ex una parte ex condemnatione Sabellianismi, qui discrimen inter Patrem, Filium et Spiritum s. sustulit, et ex condemnatione Arianismi, qui retendo personarum discrimine tria individua dīna statuit. Patet id porro etm ex Symbolo Athanasiano, quod Ecclēsia, quamvis illud n̄ sit a s. Athanasio, suum agnovit, quod classicum est in doctrina de Trinitate, in quoh̄c occurunt: „Fides aūt catholica haec est: ut unum Dm̄ in Trinitate, et Trinitatem in Unitate veneremur, neq; confundentes personas, neq; substantiam separantes; alia est etm persona Patris, alia Filii, alia Spiritus S.ti, sed Patris, Filii et Spiritus s. una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna majestas." Et paulo inferius: „Sta dūs Pater, dūs Filius, dūs Spiritus S., et tm̄n n̄ tres dii, sed unus est Deus; ita Dominus Pater, Dominus Filius, dominus Spiritus s. et tm̄n n̄ tres Domini, sed unus est Dominus." Hic gō est sensus vocabuli personæ, hic ssus doctrinæ hujus. Ceterum, ut haec doctrina in ss. Litt. clare contineatur, ut statim demonstrabimus, notandum tm̄n est: Etiam nequaquam per illas definitiones mysterium ipsum explicare voluisse, ut pulchre eloquitur s. Augustinus l. 5. c. 9. de Trinitate dicens: „Cum quaeritur quid tres? magna prorsus inepti laborat hominum eloquium, dictum est tamen, tres personæ, non ut illud diceretur, sed ne taceretur."

§24. Probatur veritas hujus doctrinae catholicæ.

Haec aūt Ecclēsiæ catholicae doctrina per partes n̄ difficulter probatur. Etenim

quod discrimen personarum attinet:

1º S. Litt. Patrem ubiq tanquam suppositum intelligens et agens enunciant, quod ex operibus patet, quae ipsi adscribunt, quod ulteriori demonstratione nõ. eget, utpote ab õibus concessum: sed et

2º Filius ñ ulm post conjunctionem cum hõe Jesu, sed et ante incarnationem ut suppositum intelligens et agens distinctum a Patre describit. Joan 8. 42: „a me ipso ñ veni, sed ille me misit." 12, 50. „sicut mihi dixit Pater, sic loquor" 5, 30: „non quaero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me." pariter 4, 34. His õibus et similibus in locis Filius certe distinguit, a Patre: qui em mittit alius e a misso, mandata dans alius ab accipiente. Sed et ante incarnationem Joan 17, 5. citat: „Clarifica Tu me Pater apud te„ met ipsum claritate, quam habui priusquam mundus fieret, apud Te." 1. 1. „In principio erat λογος, et λογος erat apud Dm" In hisce testimoniis Filius etm ante incarnationem a Patre distinguit, nam qui apud alquem e, profecto alius e ab illo, apud quem versatur. Sed etm in õibus hisce et similibus locis tamqm suppositum intelligens et agens, nequaqm aũ virtus ulm divina Filius describit; qui em mandata recipit, voluntatem alterius exsequitur, claritate cum conscientia fruit, qui insuper mundum condivisse dicit; intellectu et voluntate gaudeat, necesse est. discrimen porro Filii a Patre exinde patet quoque, quia incarnatio specialim nequaquam Patri, sed Filio in oppositione cum Patre attribuit. Non ulm Joan 1, 14. sed et Joan 1, 4. vita aeterna, quae erat apud Patrem, apparuit nobis. Sic go Filius e persona distincta a Patre.

3: Sed et Spiritus describit, Persona eaq distincta a Patre et Filio, Joan 14, 16: „Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum." 15, 26. „Cum aũ venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me." Distinguit, disserte his in locis a Patre et Filio Spiritus, utpote qui dat, a Patre ad preces Filii, qui mittit, a Filio procedens a Patre. Sed describit etm ut intelligens et agens, ñ vo tanquam vis divina. Vocat em Xtus Spiritum sanctum παρακλητον, quod significat consolatorem, qui animos alior erigit, doctorem, magistrum, interpretem, alterius sententiae patronum, advocatum. Repraesentat go Spiritus jam ex hac

jam ex hac appellatione tamquam persona, quod eo magis apparet, quia Xtus παράκλητον in sui locum promisit, qui Apostolos noluit relinquere orphanos. Joan 14, 18. Jam Xtus in tropice erat adjutor Apostolorum et Doctorum, sed personaliter; talis gō ex vi oppositionis debet etm ee Spiritus S. Porro dicit, Joan 16, 13.: „Spiritus n loquuturus est a semet ipso, sed loquuturus quecunque audiet; quod inepte dictum cet de mera virtute divina personalitate carente. Similiter loco cit. I. Cor. 12, 11.: „Spiritus secundum liberrimam suam voluntatem gratiarum dona tribuit." Et de operationibus Spiritus St. eodem modo sermo e; sicut de operationibus Filii; sicut em v. 5. legimus: „divisiones ministrationum sunt, id em aūm Dnus": i. e. varii gōm ministri in corpore Ecclesiastico constituti ab uno eodemq Dno Xto; sic v. 4. dicit: „divisiones gratiarum sunt, idem aūm Spiritus" est gō operans persona sicut Filius. Monet porro Apstus Ephes. 4, 30.: „Ne contristent Xni Spiritum Sum per peccata" quod gōm anthropopathice dictum est et significat Spiritum sanctum peccata aversari, saperte Spiritus St. personam declarat, cum in meum attributum tristia prorsus non quadret. Id idem apparet ex ōibus reliquis, quae Spiritu St. tribuunt, sc: quod de Xto testet, Joan 15, 26: quod mundum arguat de peccato 16, 8: quod fideles obsignet Ephes. 4, 20. Est gō Spiritus Sus distincta a Patre et Filio persona.

Discrimen personarū ipsa exprimit in formula baptismi, quod sic probamus: Adversarii concedunt sub Patre intelligendam ee personam, concedunt gō etm sub Filio et Spiritu St. intelligendas ee personas, quia eodem loco et ordine collocant, cum Patre, nectit em Xtus formulae membra per κai.

2. Quaelibet aūm interpraetatio, quae sub Patris, Filii et Spiritus St. nominibus varia Dei attributa intelligit, arbitraria e, nullo fundamento exegetico superstructa, vacillans propterea, cum nullus usus loquendi illi suffraget. Insuper:

3. Et insultus prodiret esse si sumeret, Xtum baptizari jussisse in nomine Patris personae et duorum attributorum, seu modificationum, cum in una individua essentia patris attributa ōia contineant.

4. Ceterum haec formula baptismi teste Theodoreto l. 5. hist. Eccl. e.g. Patres Constantinopolitani gg usi st contra Sabellianismum, ut adeo et antiquitas Estio nostrae interpretationi patrocinetur.

Dz discrimen personar probat, qz per ea, quae facta st in baptismo xti. „ Matth 3, 16. ubi vox Patris insonuit: „Hic e filius meus dilectus." Spiritus au S. corporali specie sicut columba in Eum descendit, qui locus in institutione praecipue popularis maxime e momenti. Similiter ex I. Petri 1, 2. quod dicit Apls: „Iudaeos electos ee secundum praescientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis xti." Haec cum adeo clara st testimonia, eaq tam copiosa pro discrimine personarum, probando supersedemus testimoniis Patrum citandis, quorum plura legi possunt apud Wicht Tom IV. pag. 382. seq, et apud Lieberman Tom III. pag 384 seq. Quod au alteram partem dogmatis catholici attinet, npe personas dnas in existere extra se, neq ee individua, sed unam, utut distinctae sint, constituere dnam essentiam, ee tam tres personas in uno Deo, n opus e pluribus probare, utpote cum huc ea pertineant, quae supra in unitate Dei demonstravimus; una em vox e A. et N. T. ee tm unum Deum.
Sic go fides catholica abunde e probata, quae e consentanea ibus scripturis, quam concilium Lateranense IV. paucis ea complectens sic effatur, c. 1. „Firmiter credimus et simpliciter profitemur „ quod unus e solus et verus Deus: Pater, Filius et Spiritus Sus, tres quidem personae, sed una essentia, substantia, seu natura simplex." —

Objectiones solvuntur.

Ad § 21. Cur concilium Constantinopolitanum n definivit: Spiritum ee Deum, sed tm dicit, eum ee Dominum vivificantem et adorandum.
Resp: Memor enim erat illis, quae agebat circa vocem ὁμοούσιος. Ceterum ipsa haec vocabula: Dominum vivificantem et adorandum dnam Spiritus Si essentiam ostendunt.
„I Ad § 24. I. Cor. II. 10. „Spiritus em scrutat, ea etm profunda Dei," spiritus hnis ea, quae sunt hominis." Ergo comparat Spiritus s. cum Spiritu hominis quoad essentiam. —
Resp: Non comparat Spiritus s. cum spiritu hnis quoad essentiam, sed quoad scientiam.
II. Comparat in s. Scriptura Spiritus s. cum spiritu mundi.
R. Non pt comparari quoad essentiam, sed quoad effectus; effectus em Spiritus mundi e malitia, Spiritus au s. sanctificatio. —

Caput tertium.

De relationibus divinis.

§25. Nexus et momentum.

Cum attributa absoluta tribus in divinitate personis ex aequo competant, ex illis oriri nequit distinctionis discrimen personarum, cum vero et temporis et spatii determinationes in divinam naturam non cadant, quaeritur, quomodo personae distinguantur. Respondemus: Personas distingui per relationes ad invicem, qualemus dat una alteri originem, seu per ordinem subsistendi, ita ut ordo, quem actus in ~~periculo~~ baptismi formula praescripsit, nequaquam mutari possit, idque ob processiones, seu originem unius personae ab altera. Maximam hanc doctrinam habere momentum patet, quia nequaquam distingui possent personae processionibus negatis. Non go haec doctrina vanae tantum speculationi inservit, sed individuo et necessario nexu cum mysterio ss. Trinitatis cohaeret.

§26. Definitiones et doctrina catholica.

Sub processione in genere intelligimus originem unius personae ab altera. Distinguimus autem processionem duplicem: ad extra et intra. Prior obtinet, si res extra se productae extra causam efficientem, cui originem debet; altera autem, quae etiam immanens dicitur, locum habet, si id, quod oritur, intra principium, ad quod origo referenda, manet. Posteriorem hanc notionem adoptamus ubi de processionibus divinis est sermo, quod ex antecedentibus facile patet. Nos clariorem desuper notionem dare non posse, nemo mirabitur, qui perpenderit, analogon hujus rei in rerum natura non dari. Placet, quod dicit S. Gregorius Nazianzenus S. 3. de Trinitate: „Tu, qui nec ipsam ipsius intelligendo comprehendere potes generationem, quomodo divinam posses assequi? Dei generatio e silentio colenda!" Nos porro ab iis processionibus ex limine excludere et defendere processiones aeternas, pariter ex antecedentibus clarum est. Est go processio divina origo immanens aeterna unius personae ab altera. Defendimus autem catholici sequentem doctrinam: 1. Pater e principium Filii seu filius a Patre procedit per generationem.

2ª Pater et filius ẽ principium Spiritus Sti, seu filius a Spiritus S. Patre procedit, filius uno principio procedit. Verum quid discriminis sit inter generationem et processionem ñ eloquimur sequentes s. Augustinum, qui l. 3. adversus Maximum dicit: „Quid inter nasci et procedere interesit, de illa excellentissimo nãa loquens, quis explicare pt.? Non oẽ quod procedit, nascitur, quamvis oẽ procedat, quod nascit, sicut ñ oẽ, quod bipes ẽ, homo ẽ, quamvis oẽ bipes sit, qui hõ ẽ. Haec scio, distinguere jam inter illam generationem et hanc processionem nescio, ñ valeo, ñ sufficio, ac per hoc, quia illa et ista ẽ ineffabilis." Notandum aũ ẽ processionem filii a Patre spr dici generationem. Horum dogmatum, quae internas relationes divinas constituunt, jam damus probationem. —

[Liebermann Tom II.] Observanda.

I. Processio, apud Graecos πρόοδος, seu prolatio, ẽ emanatio unius ab alio. Duplex vulgo statuit: imanens et transiens. Cum processionis terminus exit extra suum principium, transiens dici solet. Ita hõ ab hne producit. Immanens appellat, quando terminus intra suum principium remanet. Sic cogitatio intra mentem manet, a qua nascitur. Rursus processio alia perfecta est, alia imperfecta. Dicit perfecta, quando terminus ẽ subsistens et ejusmodi cum principio naturo; imperfecta est cujus terminus v.g. ñ est subsistens, ut cogitatio a mente producta, v.g. ñ ejusdem nãae cum principio, ut filius in creatis. Processiones in Deo ee nemo unquam negavit, nisi qui in ipsam Trinitatis substantiam peccarunt. Verum circa modum, quo processiones in Deo existunt et intra se distinguuntur, graves orta ẽ controversia inter Theologos, quaedam etiam ex revelationis principiis deducunt, quae probe sunt a scholae quaestionibus secernenda.

II. In qi processione tria spectari possunt: actio, principium et terminus. Principium ẽ illud, a quo terminus procedit; actio ẽ ipse actus principii producentis, seu ipsa productio quae ẽ via quaedam ad terminum. Terminus jam ẽ illud ipsum, quod producitur. Principium iterum duplex ẽ, principium quod, ut vocant, et principium

quo,

quo. Primum ē ipsa persona, quae agit; secundum ē quasi forma, seu virtus, per quam agit persona; atq; iterum in proximum et remotum distinguit. Quando de dnis processionibus quaestio instituit, oēs consentiunt principium quod personam, et principium quo remotum negant ee. Sed gravis inter veteres scholasticos controversia orta ē, quodnam sit divinę processionis principium quo proximum; an ipsa nuda seu essentia, sua infinitate fecunda, ut Durando placet; an solo relatione originis, quae opinio S. Bonaventurę adscribit; an potius intellectus et voluntas, ut veteres fere oēs et recentiores contendunt.

IIII. Praeter haec generalia, alia adhuc ēt, quae processionem Filii, aut Spiritus sancti specialim concernunt, quorum alia ad fidem pertinent, alia in disceptatione sūt. Sed et haec, quamvis n possint diffusius tractari, n tn tmn penitus protermittenda. Agemus itaq; I. de processionibus in genere; II. de processione Filii et Spiritus sancti specialim.

I. De processionibus divinis in genere.

Propositio. Duae sunt in Deo processiones.

Probat I. Ex scriptura et traditione. Ipse de se ipso ait Joan VIII, 42: „Ego ex Deo processi." Et Joan. 16, 28. „Exivi a Patre, et veni in mundum." De spiritu S^to aut inquit, Joan 15, 26. „Cum venerit Paracletus... qui a Patre procedit." Concilium Nicaenum definivit: „credendum ē in Filium Dei unigenitum, ex Patre natum – Dm de Dō, lumen de lumine." Constantinopolitanum aut I. decrevit: „Spiritum S^tum a Patre procedere." Ergo duo sūt procedentes; gō duae processiones.

Probat II. Tres sūt in ss. Trinitate personae actu et revera distinctae; inter has porro personas dant, ordo subsistendi et operandi. Atqui haec sine duplici processione cogitari n possunt. Ergo etc.

Probat I. major. Tres ee in Deo distinctas personas tota fere prima pars. te hujus libri probatum est. Ex iisdem am argumentis manifestum ē, dnas personas n promiscue collocari, sed dari inter eas certum, fixumq; ordinem subsistendi: Pater constanter primo loco nominatur, post Patrem Filius, tum Spiritus s. post Patrem et Filium. Ita Matth. 28. I. Joan. 5. etc. Ita postmodum in formula Baptismi, in doxologia etc.

Ita in Symbolo Apostolor:, Nicaeno, aliisq;. Ita in Patribus passim, quando de tribus personis loquunt.

Probat II min. Non pt alia hujus distinctionis et ordinis assignari potio, quam processio unius Personæ ab alia. Fundamentum in natura eē n pt, quae ē in tribus Personis eadem: gō necesse ē oppositionem aliquam admittere inter personas, quae facit, ut una n possit eē altera, et ut una ante aliam cogitari debeat. Nulla aūt inter Personas dīnas oppositio eē pt, praeter relativam; relationes aūt in processionibus fundantur. Sunt igit, in Deo origines, aut processiones, et gdm duae; nam cum tres sint personæ per oppositionem relativam distinctæ, necesse ē duos admittere gradus ordinis a primo distinctos. —

Contra objiciunt.

I. Obj: Omnis processio arguit imperfectionem; nam oē, quod procedit, ē producente posterius, et a suo principio dependet, eoque indiget, ut exi. stat. Ergo etc...

Resp. I. ad argum. Concedimus processiones, quales in creatis ot, transeuntes, temporales et accidentales, imperfectionem involvere. At n ita de rebus divinis sentiendum est. Processiones divinæ ot immanentes, aeternae, substantiales et necessariæ; atq ita eæ excludunt imperfectionem. Duae personæ procedentes, ea dīna substantia producunt, et in dīna substantia permanent; quidquid aūt in Deo est, aeternum est, necessarium, et perfectissimum. Ita Scriptura et Patres docent, ita docet v. ipsa Revelationis luce illustrata potio.

Resp. II. ad prob. 1. In dīnis illud, quod producit, n pt eē suo principio posteriùs, nisi relatione filii et origine. Nam idipsum, quod communicat n, diversum quidam a sua natā communicat: at si natam communicat suam, n pt eē prius eo, quod communicat.

2. Processiones divinæ nullam supponunt dependentiam aut indigentiam proprie dictam, quia personæ ea nate necessitate et perfectione producunt, et eandem habent cum Patre natam independentem et in productam, cujus haec prima perfectio ē, quod sit a se. Neq, obest, quod Soteranense IV. definierit, natam dīnam nec generare, nec generari: nam licet Pater generando proprie et formaliter n natam, sed Filium.

sed Filium producat; tamen identice, ut ajunt, dici pt generare Deum; quia generat Filium, qui Deus e, et quia persona re idem e cum natura.

II. Obj: Dici n pt, quodnam sit processionum dnarum principium; go admitti n possunt.

Resp. I. neg. cons: Quam multa st, quae nobis per Revelationem innotescunt, quamvis quomodo illa sint, ratione nostra assequi n valeamus.

Resp. II. neg. ant. Omnes, ut dximus, consentiunt, Personam e principium quod; naam alia principium quo remotum et mediatum. Sam quod nam sit principium quo proximum, quaeritur; nobis illa sententia magis probatur, quae intellectum et voluntatem assignat; adeo ut processiones divino per intellectionem et volitionem fiant. Haec quippe sententia in communi Sanctorum persuasione fundatur, difficultates melius explicat et Scripturarum auctoritate, et ratione ipsa videtur subnixa. In scripturis Filius passim dicitur: verbum, Sapientia, imago Patris; Spiritus s. am appellatur Charitas, aut Donum, aut Paracletus; quae ubig vix explicari possunt, si Filius et Spiritus s. ab essentia dna immediate procedant, et n ab intellectu et voluntate. Neg. alia afferri pt ratio, cur duo praecise processiones in Deo sint. Nam si processiones immediate a nea dna desumantur, cur n plures st? Cur n infinitae? Aut potius, cur n una stm, cum processio quaecung dna necessario sit infinita, et totam communicet naturam? At si ab intellectione et volitione processiones desumimus, patam e cur duae ee possint, et duo tntmodo. Licet em processio quaecunque totam naam communicet, eam tamen n communicat omodo, quo communicari pt. Prima communicat naam Filio per intellectum, estq in genere intellectionis unica, quia infinita. Secunda naam communicat Spiritui s. per voluntatem, et e pariter in genere volitionis unica et infinita.

§27. Filius generatus a Patre.

Filium generatum ee a Patre disserle docent ss. Libri; etenim

1°. Hoc ipsum indicat vocabulum Filii, quo secunda in dnitate persona appellatur, e.g. Rom 8, 32. „Proprio suo Filio n pepercit“ nam relatio Filii ad Patrem erit per generationem.

„ 2°. Dicit expresse genitus Haebr. 5, 5: „qui: Patri: locutus est ad eum: Filius

meus es Tu, ego hodie genui te." Pariter 1, 14. ait Joan. „videmus gloriam e-
jus, quasi unigeniti a Patre." Unde et
3ᵒ Sacra Litterae de secunda persona spi sic loquunt, ut quidquid habeat, pos-
sit et agat per Patrem, a qua sc: trahit originem aeternam e.g. Joan 5, 22.
et 26 cit. 17, 2: Quapropter et missus a Patre dicit, Joan 5, 36. et procedens
a Patre Joan 8, 42. Haec ita clara sunt, ut confirmatione ex traditione p.e.
geant. Esse aut hanc sententiam dogma expressum patet ex Symbolo Nice-
no, ubi occurrit: „ex Patre natus ante oia saecula, Deum de Deo, lumen de
lumine, Deum verum de Deo vero."

§28. Spiritus s. a Patre procedit.

Alterum dogma de Spiritus Sti processione in duas partes dividit, defendi-
mus em: A. Illum a Patre procedere, quod sequentibus mihi argumentis
1ᵒ Dicit, Spiritus S. expresse a Patre procedere Joan 15, 26.: „Cum venerit Para-
clitus, qui a Patre procedit." ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. peapse
ea illa expressio, qua Ecia Spir. S. a Patre originem designat, biblica est.
2ᵒ Dicit, mitti a Patre Joan 14, 26. „Paraclitus aut Spiritus S. quem mittet
Pater: πέμψει in nomine meo." Pariter Gall. 4, 6. Mitti aut dicimus
idem e ac procedere, si qdm procedere n aliud qm originem Spiritus s.
a Patre significat. Synonima aut spr illa vocabula habuit Ecia, utex
Patribus graecis qq, quod nobis in nostro themate maximi e momen-
ti, apparet. Dicit em s. Gregorius Nazianzenus orat. 31. „Proprium
Patris est ἡ ἀγεννησία: quod n sit genitus, proprium Filii ἡ γεννησις:
quod sit genitus: proprium Spiritus Sti e: ἡ ἐκπόρευσις: emissio vel missio
i.e. processio" ut ex toto contextu apparet. Propterea et
3ᵒ Spiritus spr in ea relatione ad Patrem ponit, ut ad eum pertineat, di-
cit, propterea saepenumero Spiritus Patris e.g. Matth. 10, 20.: „n em
vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri etc." Nullibi aut
inverso ordine legimus: Pater Spiritus. Plicae momentis mihi hoc
de processione Spiritus s. dogma, quod a nemine in controversiam
vocatur, graecis quoque eadem argumenta adhibentibus nobiscum.
Ceterum: quod historicum huius dogmatis argumentum e: in concil.
lio Constantinopolitano I contra Macedonianos, qui Spiritum Sum
creaturam Filii dixerunt ad Nicenum symbolum, quod de Spiritu

de Spiritu Sto plura disserendi n habuit occasionem, neq cautam, et propterea Sm dixit: Credo in Spiritum Sum" additum e "qui ex Patre procedit" quibus ex verbis apparet definitam sententiam hanc fidei cath. tholicq dogma ee.

529. B. Filioque.

Sed n a Patre Sm procedit Spiritus S. sed a Patre Filioq, n a duobus, sed uno principio, seu ut schola habet: Pater et Filius una spiratione activa, spirarunt Spiritum Sum Hoc dogma accurate demonstrandum e, quia in controversia versamur cum Graecis n unitis, quia Filio negant procedere Spiritum Sum, et graviter incusant Etiam Romanam, quasi concilii Constantinopolitani symbolum corruperit per additam particulam Filioque. Est dogma nostrum evidentissimis argumentis nititur. Etenim

1o Dixit Dnus Joan. 16, 15. "omnia, quaecunq habet Pater, mea st, propterea dixi quia Spir. S. de meo accipiet, et annunciabit vobis" quodsi Filio cia st cum Patre, abnegari ipsi n pt vis communicandi cum Spiritu S. Dnam essentiam, sicut Pater comunicat. Hic locus id eo certius probat, quia in eo expresse de Spiritu S. Dnus loquit, et ad se patenus refert, quatenus doctrinam Apostolis traditam a Spiritu S. prosperandam promittit.

2o Sicut Patris Spiritus in ss. Litt. vocat, Spiritus Sus, sic et appellat Spiritus Dni. Gal. 4, 6. I. Petr. 1, 11. nunquam cum inverso ordine occurrit: Filius Spiritus.

3o Dicit, mittit a Filio, sicut mittit a Patre, Joan 15, 26: "Cum autem venerit Paracletus, quem ego vobis mittam a Patre Spiritum veritatis" etc. Cum jam Graeci ex his duobus argumentis nobiscum processionem Spiritus St a Patre demonstrent, concedant ea iisdem argumentis processionem ejus a Filio quoque inferri.

4o Si Spiritus Sus a solo Patre procederet, ordo qq inverti posset personarum, et dici: Pater, Spiritus et Filius, nam nulla ratio intelligitur, qua Spiritus ponat, tertius ordine, nisi a Patre, Filioq originem habeat, quod quum Graeci n admittunt: ordinem ee: inverti: concedant qq Spiritum a Filio, sicut a Patre procedere, et propterea illum ordinem necessitate gaudere.

5to Idem dogmo profitent patres gg graeci, silentio praetermittimus La-
tinos, utpote quos graeci parvi faciunt, provocantes ad ipsos patres grecos:
Epiphanius in Ancorato c. 67. dicit: „Iam vo cum Xtus ex Patre credat
„Deus ex Deo, et Spiritus ex Xto, sive ab amborus, ut Xtus his vbis asserit:
„qui a Patre procedit, et de meo accipiet." Paritervaeresi 60, quae e
„Sabelli: „Non e alienus a Patre et Filio, sed ex eadem substantia, ex
„eadem divinitate, ex Patre et Filio, cum Patre et Filio subsistens spr
„Spiritus Sus" Gregorius Nicenus Libro contra Eunomium. „Porro i-
„dem vobis et de Spiritu Sto dicendum e, cujus in solo ordine differentia
„conclusa e, nam ut Patri conjunctus e Filius, et ex eo to ee habet,
„n hm posterius exsistit; sic etm prodime Spiritus Sus haeret Filio,
„qui sola cogitatione secundum rationem principii prius considera-
„tur productione Spiritus, nam temporum intervalla in illeo vita,
„quae oe saeculum praecedit locum n habent, adeo ut deducta ratio
„ne principii nulla pe ss. Trinitas a se ipsa dissideat." S. Cyrillus
coment. in Joan: „Hag hgm sciens ea, quae ol in voluntate unigeniti,
„oia nobis nunciat, non eam habens ex inoculatione noticiam, ne par-
„tes ministri obire videat, et ulterius deferre sermones, sed hgram
„ipsius Spiritus: nempe Filii, et nullo docente scienso oia, quae sunt,
" rit filius hominis in majestate sua, et oēs angeli cum eo, tunc sedebit
" in throno majestatis suæ." Per angelos tunc separabit probos ab im-
" probis, quo respectu illos messores appellat Matth 13, 39. „Qui v. 14.
" colligent de regno Ejus ōia scandala et eos, qui faciunt iniquitatem,
" et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus et stridor dentium."

Titulus tertius

De angelis malis seu diabolis.

§15. Doctrinae momentum.

Ab angelis bonis ad doctrinam de angelis, qui peccarunt et prop-
terea sunt miseri transgredimur. Nacta ē hæc doctrina pecēn-
tiori tempore adversarios fane plurimos, qui partim ipsius Sata-
nae existentiam, partim hac ē demissa illius in mundum vi flu-
xum diversomodo negabant, amilēn illum fabulis adnumerantes,
imo patibi contradicentem pronunciantes, hinc apparet, accurate
ē tradendum et qdm eo accuratius, quo magis certum ē, ex utra-
que parte saeculis peccari. –

§16. Malorum angelorum nomina.

Diversis nominibus appellant angeli in ss. Litt, qui peccarunt:
appellat „malus Angelus: diabolus i.e. adversarius, hostis a διαβαλ-
λω, quod habet potionem accusandi, decipiendi, et calumniandi;
„tentator πειραζων, quia ad malum incitat Matth 3, 3: „Tunc a-
„scendit tentator et dixit ei: Si Filius Dei es, dic ut lapides isti pa-
„nes fiant." Satanas i.e. adversarius a hebr. שָׂטָן odio habuit, cum
studio alicui adversatus ē; nominat „qq. κατ' ἐξοχην malus ser-
„vus, Matth 12, 43; homicida ab initio et mendax." Joan 8, 44. Ad-
puriam vs. sine additamento, vs. additis adjectivis: malus, impurus etc.
Plaec fane et similia nomina satis indigitant, qualis quamq adver-
sus generi humano et vero salūti ejus describat „Angelus malus. –

§17. Existentia diaboli

Ea, quae §§. 2. et 8. diximus, satis quidem existentiam daemonis mali demonstrant, propter genium tamen temporis, ad idem objectum pever-
limus addentes, quae ad plenariam rei demonstrationem dece adhuc
videnti, et quidem: Objiciunt adversarii praecipue Jesum et Apostolos
hac in doctrina erroribus se accomodasse Judaeorum sententiis:/
I. Diaboli reapse existentia copiosa est praeter jam allata in s. Litteris
effata Jti et Apostolor: Joan 8, 44. Jtus dicit ad Judaeos: „Vos ex Patre
„ Diabolo estis, et desideria Patris vestri vultis facere, ille homicida fuit
„ ab initio, et in veritate non stetit, quia veritas non est in eo, cum loquitur, men-
„ dacium, ex propriis loquitur, quia mendax est et pater ejus."
Abunde hisce verbis Jtus perversam diaboli indolem, jam naturalem
describit, vesq; mali amantes, quales erant, ad quos loquebatur, Judaei,
ei similes enunciat. Hoc in loco certe ves ad erroneas Judaeorum
opiniones, quod adversarii prolendunt, accommodationis suspicio ex-
cludit, cum sane animos sibi conciliandi studio non ducebat, dum ea
verba malo auditorum animo prorsus adversa, illosq; necessario ex
asperantia loqueretur. Jesus Matth. 25, 41. loquens de extremo judicio ad
reprobos se haec verba facturum dicit: „Discedite a me maledicti in
„ ignem aeternum ardentem, qui paratus est Diabolo et Angelis ejus." Je-
sus hic Satanae existentiam invicte probat; loquitur enim de malorum
hominum poenis, quae sane nullo essent, si Jesus sub diabolo et angelis
ejus, quibuscum poenas paliuntur, aliud ille imaginarium intellexisset.
Sed ille Jesus porro diaboli poenas declarat aeternas, nunquam ces-
saturas; sic enim ardentem sumi debet hoc loco, ut suo loco videbimus
in Eschatologia. De aeternitate harum poenarum loqui Judam ex-
presse in epla. sua v.g. monstratum est §8. Diaboli existentiam insu-
per probat Jtus Matth 12, 24. ubi Jto objecerunt, Cum nomine Bel-
zebub ejicere daemonia. Nolanda porro sit praecipue illa loca, in
quibus Jtus diabolum commemorat secum ad Apostolos vita faci-
ens, quibus si ad temporis genium coram Judaeis esse accomodasset,
necessario id explicare debuisset e.g. Lucae 22, 31. „Simon! Simon! ec-
ce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum." Matth 13, 36.

ubi parabolam de agro, qui triticum cum zizaniis tulit solis discipulis ex-
plicat et v. 39. dicit: „Inimicus autem, qui seminavit zizania, diabolus est,"
hoc in loco insuper diabolus ita inter personas et res realiter existentes
collocat, ut secundum regulas hermeneuticas n. aliter, quam de peali-
ter existente ente possit intelligi; et sane quidem eo magis ad Apostolos
eos circa hanc doctrinam sensa sua pandere debuisset, quo magis
certum est, illam in vitam humanam gravissimum exercere influxum.
Apostolorum propterea eadem sententia est, et quam Petri alt., Judae
loca adduximus. Paulus adversus diaboli insidias Dei armaturam,
ut induant, monet ad Ephes. 6, 11, 12. Act 13, 10. Elymam Magum dia-
boli filium appellat. Joan. vo I. Epla. 3, 8. „Filium Dei apparuisse,
ait, ut dissolveret opera diaboli," quae sane et similia nec sensum
funderent, nisi de existentia hujus Entis maligni fuissent persuasi. —
III. Quod attinet ad traditionem, patres communi consensu existentiam
diaboli agnovisse, res constat. Origines in praef. in libros: περὶ
ἀρχῶν, ad capita doctrinae publicae refert, resq. Patres, contra Mani-
chaeorum placita, diaboli originem ex peccato commisso repetunt.
IV. Ecclia am hanc fidem ejr professa est, quod probat: condemnatio
errorum Originis lata in concilio Constanti. II: Anathematismo 8.
etc. Defenderant sc: Originistae: Illum pro daemonibus qq mortuum
esse, eosq aliquando liberaturum iri. Lateran. IV. concilii definitio-
nem adduximus 58. Sic qo diaboli existentia ad expressa fidei ca-
tholicae dogmata pertinet. —

§18. Sors et conditio diaboli.

Haec est miserrima, quod vs ex ipsius nominibus intelligit, quibus
appellat; quae duna revelatio nos desuper edocet, reduunt ad sequentia:
1o: Veritatem odio habet, appellat eum mendax, et pater mendacii,
Joan. 8, 44. „Qui in veritate non stat," ad cujus jam naturam pertinet
mentiri, „cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur."
2o: Malitia morali delectat; peccando eum etc. in peccatum vin-
cendo negotium ejus absolvit 1a Joan. 3, 8. „Ab initio diabolus pec-
cat." quasi diceret: in primordiis rerum peccavit, et peccare
usq continuat. Matth 13. 39. „Lolium inter triticum seminat." Luc 8, 13.

„ : Verbum de corde hominum tollit, ne credentes salvi fiant." Plura infra
recurrent, sic ille.
3° cum assectis Angelis, qui eum sequuntur peccando, regnum quodlibet con-
stituit, ad quod pertinent et homines, qui mendacium veritati, peccatum
moralitati praeferunt, sed regnum tenebrarum summa miseria. De hoc re-
„ gno satanico loquitur Lucas Matth 12, 26. „ Si Satanas Satanam ejicit, quomodo
„ stabit regnum ejus?" Illud est adversum Dei consilius, qui ex ipsis nomini-
bus patet, quibus ejus Principes appellat, p. § 16. p. Hinc diabolus in II. Cor.
„ 4, 4. „ Deus hujus saeculi appellatur, qui mentes infidelium excaecat, ut
„ non fulgeat in illis illuminatio gloriae Dei." et ad Hebr. 2, 14. „ Mortis ille habe-
„ ntem imperium" dicit, simulq ad hoc regnum pertinere asserunt, qui
peccando illum sequuntur. Joan 8, 44. quorum ipse pater est diabolus, qui
II Tim. 2, 26. eos laqueis captivos tenet ad suam voluntatem. —
4° Hic am status diaboli, regnumq ejus manent aeternum Matth 25, 41. Tu-
„ dae ipsa v.g. „ poenas pro peccatis suis gravissimas et graviores manent
„ illum in die judicii universorum." Judae v.g. II. Petri, 2, 4. hinc miseria
ejus impurumq atq horrendum negotium satis agnoscit.
Nota I. aeternam esse diaboli poenam ad fidei definita dogmata per-
tinet, quod patet ex § 17. N. 3. et accuratius patebit in doctrina de poe-
nis reproborum hum, in qua uberius dq exponemus, quales sint poe-
nae, quas diaboli cum daemonibus patiuntur. —
Nota II. Ex dictis sequitur, malorum Angelorum naturam peccando cor-
ruptam esse, atq in ipsis degenerasse, nativas tamen cognoscendi et vo-
lendi vires, quas in creatione acceperunt, non amiserunt, indole ego pollent
naturali eadem, qua prius, qm hnes, sciunt, potentiones q illis sunt, in
malum tamen objectum convers vires eorum qualescung. De non amissa
post peccatum indole intellectuali, et voluntatis potentia loquuntur, loca
ibi ex s. Litt. citata; mendacium em, artes fallendi, nequitia et mali-
gnitas, promtas ad nocendum et ad consilia Dei everterda hanc indolem
supponunt. Res explicari pot per peccatum hum, quibus peccantibus
manent dq vires nativq, ut deinde dicemus et experientia testatur. —
Nota 3. Qualiscung am vis diaboli sit, et qualecung regnum ejus, ille tm
cum universo regno suo, Deo ripotenti subest, id em ex notione Dei fluit,

Dñi universorum et ss. Litt. dicunt, quia dæmones ſ. Jacob. ait: / Dæ credentes contremiſcunt, et Eſia ſpe credidit, manichæor: et ſimilia placita damnanſ. Hæc ultima obſervatio opponenda illis, qui doctrinam de diabolo patiori pugnare dicunt, ñ em duplex principium ſtatuimus, qui diabolum deo ſubee defendimus. –

§19. Ejus in mundum hominesq; influxus. –

Hiſ præmiſſis ad quæſtionem progredimur de influxu diabuli in mundum hnesq; circa qm nonnulli ad extrema labunt. Sunt em, qui ejusmodi influxum ſimpliciter negent; sunt etm, qui plus æquo libertates sunt in illo adstruendo: media sicut ubiq; et hic aurea e via. Præmittimus aliqua generalia:

1º. Quod possibilitatem influxus diaboli in mundum hnesq; attinet, illa ñ pt negari, contradictionem nullam involvit; e em nihil aliud, quam actio Spiritus ſpet qdm mali: / in materiam v. ſ. alium ſpiritum. Sed nec pugnat cum attributis divinis ſ: non pugnat ōipotentiæ, dummodo diabolus deo subjectus sumat; ñ pugnat ſapientiæ, si modo influxus hicce diabolicus ñ sit necessitans, ut ipsi resisti nequeat; ñ contradicit bonitati, si medio influxus hujus infringi nobis sint suppeditata: / modo nota S. S. antec. attendat, quæ potestatem diaboli qualemcumq; deo proinde subditi, qui ñ patitur finem bonorum per ejusmodi influxum frustrari. –

2º. De realitate ejusmodi influxus patio sibi pelicta nil statuere pt; scimus ām angelos existere, et per peccatum indolem naturalem ñ amisisse, si quamvis boni erant influxum exercere poterant, qua malos illo ñ destitui probabiliter asserit.

3º. Cæterum desuper certitudinem a sola revelatione exspectat, cui in hoc puncto libenter acquiescit, cum possibilitatem rei intelligat, imo probabilitatem agnoscat. –

4º. Et qdm revelatio duplicem diaboli in hnes influxum docet, unum in animam per tentationem, alterum in corpus per obsessionem. –

§20. Tentatio diabolica.

Intelligimus nomine tentationis diabolicæ suggestionem pravorum a diabolo effectam, quæ inducant in peccatum. De tentatione jam /.

jam diabolica s. Litt. docent sequentia:

1. Diabolus erat, qui ad peccatum allexit Protoparentes, ut infra docebimus, ille Dnum Jesum aggressus e, antequam doctoris munus auspicaret, Matth 4, 1, 2. et locis parallelis apud Marcum et Lucam. Ex variis eam regulis hermeneuticis ὁ πειράζων et ὁ διάβολος hoc in loco neq exponi pt de homine qualicunq astuto, multo minus de interno in mente sti tentatione; sed exponi debet de diabolo stricto seu sic dicto. Matth 13, 39. ad solos apostolos loquens Stus diabolum appellat, qui zizania inter triticum serit, quod n aliud vult, quam diabolum e in causa, qua malae cogitationes suboriantur in mente, divinum Evangelium auferat ex cordibus. Lucae 22, 31. pariter Satanam Apostolos expetere dicit Stus: „ut sicut triticum cribraret" i.e. tentet, et ad defectionem a fide alliciat. Idem docuerunt Apli; Joan. em 13, 2. ad diabolum refert Judae proditionem; Act. 5, 3. Petrus a diabolo Ananiam et Saphiram tentatos dicit, et I. epla. 5, 8. ad vigilantiam et sobrietatem Stianos exhortat, quia adversarius diabolus, tanqm leo rugiens circuit, quaerens quem devoret. Joan 4, 7. ad Stianos pait: „Subditi estote ergo Deo, et resistite diabolo et fugiet a vobis" quae vba inania eent, nisi conaminibus perversis diabolus hnes aggrederet. Paulus ad Eph. 2. „diabolum vocat principem hujus aeris: qua expressione influxum illius haud modicum in mundum huncce designat: et de eo dicit, quod nunc operetur in filios diffidentiae i.e. in illos, qui virtuli n studeant 6, 11. arma indutere jubet Stianos, ut possent stare adversus insidias diaboli, et II. ad Cor. 2, 11. dicit „ut n circumveniamur a Satana; n em ignoramus cogitationes ejus" i.e. scimus em, eum animo duci nos a veritate et virtute avocandi.

§21. Uberior hujus doctrinae expositio.

Ex his dictis patet, influxum diaboli in hnes per tentationem e certum, interim tamen n e, cur propter diaboli infestationes timeamus; multo minus desperemus vr. peccata, quae committimus, in illum refundentes excusemus, etenim Religio sacrosancta nostra, quamvis has tentationes adstruat, tales qq doctrinas proponit, quae timorem diffugiunt, eamque peccata excusandi occasionem tollunt. Etenim

1. Docet per sti victricem redemtionem vim diaboli e fractam I. Joan 3, 8.

„ qui facit peccatum, ex diabolo ē, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc „ apparuit filius Dei, ut dissolvat opera diaboli." hoc gō opponendum ē illis, qui putant, diaboli tentationem repugnare meritis Xti, utut gō diabolus influere possit v. influat, nocere tamen ipsum Xtum n ipt, et id propterea, quia:

2o per Religionem Xtianam sufficientia media subministrata sunt, quibus quaecunq diaboli insidiae repellantur I. Joan. 5, 18. „ Dis, qui ex Deo natus ē, n peccat, sed generatio Dei s: justificatio per Xtum concessa: s conservat eum „ et malignus s: diabolus: s n tangit eum": e. nocere ei n ipt, sc: justificat. „ per Xtum. Ad Ephes. 6, 14-17. „ State gō succincti lumbos vestros in veri„ tate et induti loricam justitiae, et calceati pedes, in praeparatione E„ vangelii pacis, et in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia „ tela nequissimi s: diaboli: s ignea exstinguere, et galeam salutis assumi„ te, et gladium spiritus per oem orationem et obsecrationem" comen„ dat Apostolus contra insidias diaboli sinceritatem et veritatem, per„ petuum virtutis studium, fiduciam in Dm, orationem etc, quorum omnium erat auctor Jesus Salvator; haec animadversio opponenda ē il„ lis, qui tentationes diabolicas sapientiae divinae repugnare, asserunt.

3o Insuper certum ē Dm providentissimum tentationem nullam admit„ tere, quam vincere n possimus, quod Paul. I. Cor. 10, 13. expressis verbis „ dicit: „ qui Ds n patietur vos tentari supra id, quod potestis," quod dici„ gendum ē contra illos, qui sanctitati Dei v. naturae hominis morali contradicere diabolicas tentationes putant. Ex hisce sane appareret falsam doctrinam nil continere, quod minimum offendat, v. dignita„ tem naturae humanae laedat, v. vō Dei summae providentiae adversetur, hinc etm.:

4o S. Liberae nolunt, ut anxie distinguamus inter tentationes diabolicas et inter mali cordis suggestiones, ut potius ad cor pravum ac vitium „ morale referant, dicente Xto Marc. 7, 21: „ de corde malo exeunt malae „ cogitationes". et Jacob. I, 14. „ Unusquisq tentatur a concupiscentia sua „ abstractus et illectus." ut adeo diabolus neminem unquam laedat, ni„ si voluntatem et conscientiam loco cit. I. Joan. 3, 8. „ qui facit pecca„ tum ex diabolo ē." et 5, 18. „ qui ex Deo natus ē, non peccat, eum ma„ lignus n tangit." et hinc contra diabolicas tentationes n. alia media

" ñ alia media et arma suppeditant, quam quae praesto sunt contra quod-
" cunq; peccatum loco cit. ad Ephes. 6, 14-17, quae media in aliis locis, ut
Theologia moralis docet, contra quaecunq; peccata adferunt." — Ex quo
facile patet, sicut dum peccat, ñ pt Dm accusare, sic prorsus ñ habere
cur in diabolum culpam refundat. His rite perpensis intelliget, a vero
abeë illos, qui liberiores sibi in illo influxu statuendo, timoremq; animo
incutiunt, ñ ttiannum. Si una alterve pars ad scripturam provocat, frag-
menta tm avalia considerat, sparsa in unum ñ colligens. Media, et hic,
ut monuimus, aurea via e s. Litteris sulta, quam inicns auctor sermo-
nis de Davide et Goliath, qui continet operum s. August. Tom. V. in appen-
" dice pag. 74. egregie dicit: „Labrare pt, sollicitare pt, mordere ñ pt, ni-
" si volentem; non em cogendo, sed suadendo, nec conforquet a nobis
" consensum, sed petit." Ceterum si quis quaerat, qualem illa doctrina
in nos habeat influxum, cum distinguere ñ valeamus inter tentationes
diabolicas et tentationes propriae cordis, et nulla alia media adsint con-
tra illas, quam contra has? monemus: habere hanc doctrinam salubrem
mum influxum eo, quod nos multo vigilantiores et circumspectos reddit,
qui scimus, ad hostem, quem in pectore gestamus associari facile, et a-
liam adeo potentem, cui certe succumbimus, nisi forte resistamus in
fide. Quapropter variis speculationibus hinc ne teramus, inutilentes po-
tius utilius practicis, qui ex hac doctrina in nos redundant, et quos s. Pa-
ter ipse nobis tradunt, cum docent eum, qui peccat, filium diaboli ee,
" ad ejusq; regnum pertinere I. Joan. 3, 7-11." et sicut similis ei est agendo
" sic similem quoque fore in sorte miserima." Matth. 25, 41. quod quemq;
abstereat a peccatis.

§22. De obsessis.

De obsessis tempore praecipue hi: ñ e cur pluribus loquamur, eteni mali-
gna huc pertinentia notavimus jam in doctrina generali Pars II. §15 et
21. reliqua tractanda egregie in Archaeologia Cl. prof. Scheremann
§193 et 199. Sane, quis obsessos tempore hi negat, non scit legitimum
s. literas interpretandi modum, praeconcepta ducit opinione, et doctri-
nam de Angelis ignorat.

Nota I. Influxus daemonis in idololatriam inter hnes introducendam

et firmandam, tractat Cl. comes de Stolberg in der dritten Lesung des II. Theils seiner Geschichte der Religion Jesu Christi, Bonn, Anzeige, Mond pag. 300 et segg.

Nota II. Pro coronide hujus dissertationis notamus cum Cl. Klüpfelii edidore Ziegler pag 189. „Magicam quod attinet, sive artem perficiendi mira ope daemonis, nocendique hominibus modis variis, quos pellicant, praestigia, incantationes, fascinationes, pacta, et commercium cum daemone arbitramur, quaecunque de eo rerum genere venditant ea commentitia, aut somnia delirantis phantasiae." Quomodo curator animarum, dum de similibus rebus rumor spargitur, se gerat, et qua circumspectione procedat, docet Theologia pastoralis. —

De Daemoniacis.

Lieber. nam. Propositio II. Daemones possunt infeste agere in corpora et bona hinum externa.

Probatio. Daemones ex natae suae perversitate ad hominum perniciem semper ea intentos et malis temporalibus, quando Dei id fieri patitur, homines vexare, constans et Judaei et Ethnici traditio, multis scriptorum paginis testimoniis suffulta. Legimus in historia Tobiae cap. I et II, quantis eum cladibus Satanas afflixerit; et quamvis illud, quod Satan comparuerit coram Deo cum s. Angelis, parabolae speciem habeat, in aperto tamen est, et auctoris s. auctoritate comprobatum, saevas illas, quas Job subiit, tempestates a Daemone fuisse concitatas, huncque hostem esse generis nostri malignum et nocendi cupidissimum. Iterum Psal. 77, 49. legitur: „Misit in eos (Aegyptios) iram indignationis suae; indignationem, et iram, et tribulationem, immissiones per Angelos malos." Tobiae 3, 8. de Sara filia Raguelis dicit: „Tradita fuerat septem viris, et daemonium nomine Asmodaeus occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eam." Zach II. 3. Jesus exhibetur sacerdos magnus stans coram Angelo Domini . . . et Satan stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei". —

Propositio III.

Daemonum possessiones admittere nos cogit scriptorum auctoritas et constans Ecclesiae fides.

I. Scriptores Evangelici ita de daemoniacis loquuntur, ut manifestum

sit, quidquid novi exegetæ ab adversō positi declamant, eōs hnēs inlel-
lexisse a malis Angelis infestatos. Nam
1: expressis vbis dicunt, eos habuisse dæmonia. Matth 4, 14. „Oblate-
„runt ei oēs... qui daemonia habebant." Eodem cap. VIII. narrat s. Matth.
„Xtō in regione Gerasenorum occurrisse duos habentes dæmonia. Et Lucas
„cap. VIII. ait: Occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium" ἐχρήτο δαιμονίῳ
„Xcpiora. Ibidem v. 2. de Maria Magdalena dicit: „Ex qua septem dæ-
„monia exierant." Marc XXI. „De qua ejecerat septem dæmonia."
2: Evangelistæ male habentes, seu aegrotos disserte ab illis, qui dæmonia
habebant, distinguunt. Sic Matth 8, 16. „Obtulerunt ei multos dæmonia haben-
„tes; et ejiciebant spiritus vbo, et oēs male habentes curavit." Marc I. 34. „Cura-
„vit multos, qui vexabant, variis languoribus; et daemonia multa ejiciebant
„et nō sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum." Vide Matth 8, 16. Marc 3, 10 et 11.
III. Si opinio de malorum spirituum infestatione merum fuisset judaicæ
superstitionis commentum, Xtus ipse nō sui ātm temporis, sed eium sequenti-
um temporum hnēs in crassissimum errorem induxisset; ita enim in hac
re egit, ita palam locutus e, ut oēs, qui in eum crediderunt, hanc opini-
onem, si nō habuissent, ab eo accipissent. Luc. XI. ostendit se in digito
Dei daemonia ejicere, nō in principe daemoniorum; regnum suum op-
ponit regno Satanæ, suamq; divinam missionem ex eo probat, quod
ipse fortior sit satana, eumq; vbo suo exire cogat ex iis, quos occupa-
verat. Luce XIIII. cum mulierem aegrotam sanasset, expresse ait de-
„monem hujus infirmitatis auctorem fuisse v. 16. „Hanc filiam Abra-
„hae, quam alligavit Satanas ecce decem et octo annis, nō oportuit solvi
„a vinculo isto die Sabbathi?" Alis in locis Xtus dæmones expressis vbis
„alloquit, illisq; imperat cum summa potestate. Marci IV. „Caminatus est
„spiritui immundo dicens illi: obmute et exi ab eo." Lucæ IX. 42. „Increpavit Jesus spiritum immundum." Cum illi
occurreret daemoniacus in terra Gerasenorum Marc. V. ad daemonem
„vba dirigit: „Exi immunde Spiritus ab hne." tum interrogat: „Quod tibi
„nomen est? Legio." Et cum deprecaret, eum Spiritus dicentes: „Mitte nos
„in porcos, ut in eos introeamus; concessit eis statim Jesus; et exeuntes spi-
„ritus immundi introierunt in porcos." An forsan morbus viri illius

lodum subito porcorum gregem corripuit? Sed et illo sti cum dæmone fer-
mocinatio quam insulsa ĕet et ridicula sublato dæmone! Dicamus potius,
quanta impietas, ejusmodi quidquam de sto judicare!
Accedit et illud, quod stus n dm spectante et audiente populo ita locu-
tus fuerit, sed et privatim cum solis discipulis agens, quos diligentius in
iis, quae ad regnum coelorum spectant, erudiebat. Sic Lucæ X. quando dis-
cipuli peracta praedicatione ad eum reversi cum gaudio dixissent: „Dne
etm daemonia subjiciunt nobis in nomine tuo:.. n dm hanc eorum opini-
onem n correxit, sed confirmavit potius, cum illis respondit: „Videbam sata-
nam sicut fulgur de coelo cadentem".
III. Novum huic argumento pondus accedit ex eo, quod Jesus discipulis suis
potestatem concesserit ejiciendi daemones et ita quidem, ut hanc potesta-
tem expresse ab ea curandi infirmos distinxerit. Marc. III. 15.: „Dederit eis
potestatem curandi infirmos et ejiciendi daemonia". Marc 16, 17. 18.: „Si-
gna eorum, qui credierint, haec sequent: In nomine meo daemonia
ejicient. Super aegros manus imponent et bene habebunt". An hic
populi spiritibus accomodavit se stus, cum ita jam ascensurus ad Pa-
trem solos discipulos alloqueret?
IV. Eadem in actibus Apostolorum narrant, quae in Evangelio; eadem qq
Apostolorum, quae sti, agendi ratio fuit. Luctor V. ib. dicit: „Concurrebat
multitudo vicinarum civitatum, afferentes aegros et vexatos a spiri-
tibus immundis, qui curabantur omnes." Omni attentione dignum e, quod Act.
19. legit: „Cum Paulus Ephesi versaretur, super languidos deferebantur
a corpore ejus sudaria et simicinctia: et recedebant ab eis langu-
res, et spiritus nequam egrediebantur"... (vid). Ne am dubium ma-
neret, de daemonibus ibi agi eorumq infestatione, statim addit, v. 13,
quid Judaeis quibusdam exorcistis contigerit, qui nomen Jesu invo-
cabant super eos, qui habebant spiritus malos. „Respondens spiritus
nequam dixit eis, Jesum novi et Paulum scio, vos am qui estis? Et in-
siliens in eos homo, in quo erat daemonium pessimum, invaluit con-
tra eos. etc." Idem Apollus Act. XVII. spiritum Pythonis ejecit ex puel-
la: v. 18. dicit: „Dolens am Paulus et conversus Spiritui dixit: Prae-
cipio tibi in nomine Jesu sti exire ab ea; et exiit eadem hora".-
Manifestum igitur e eo tempore, quo stus et Apostoli vivebant, mul-
tos exiliisse a daemonibus infestatos. Neq em de hoc dubitare fit,

pŧ, quisquis sensum alqm Religionis retinuit. Rem langm certam et in dubitatam tradunt scriptores Evangelici; sed et Xtus ipse et Apli ita con„ stanter se gesserunt, ut si error subeet, is merito in Xtum et Apstos pe„ deret„.

V. Facillimum est, ea, quae in scripturis apertissime praedicantur, etm ex veterum testimoniis, ex usu et praxi totius Eccl probare. Cis em retro antiquitas, et proximiores Apostolorum temporum Patres, n illm in re conspirant, veras fuisse illas daemonum possessiones, quo in v. litteris narrant„; sed in suis temporibus similia contigisse testant„ et daemones invocato Jesu nomine ex hominibus expulsos. Ad finem adhuc saeculi secundi tam frequentes erant daemonum possessiones, tam certa q̄q Xtianorum in daemones potestas, ut ausus sit Tertullianus in Apo„ logetico cap. XXIII. Imperatorem et Romanos ita compellare: „Edat„ hic aliquis sub tribunalibus vestris, quem a daemone agi constet: jus„ sus a quolibet Xtiano lagui spiritus ille, tam se daemonem confitebit„ de vero, quam alibi Dm de falso. Nisi se daemones confessi fuerint„ Christiano mentiri n audentes, ibidem illius Xtiani provocatissimi san„ guinem fundite. Quid isto agere manifestius, quid hac probatione„ fidelius? Dictis n stetis, si oculi vestri et aures permiserint vobis.„ - Multa alia veterum Patrum testimonia provolvimus, neq̄ em ea negant adversarii, sed explodunt, majori ubiq̄ supercilio, quam patione. Nam hnes isti nullius pleniq̄ studii, et levissimq̄ doctrinq̄ multoq̄ celeberrimis quibusve Eccl Patribus doctiores putant, vix adhuc scrip„ turae parcentes, quam hac tm lege retinent, ut eam, quam ipsi volunt, formam induat, neq̄ de vi sibi illata conqueratur. Constans Eccl traditio q. ex solo exorcismorum usu, qui a primis saeculis in Eccl perduravit, evincit„. -

Argumenta adversariorum.

Objiciant contra I. Propos. 1. Indignum ē Deo, hnem coecum, et imbecillem tot acerrimis hostibus objicere, qui eum tlis adoriri insidiis possent, tot in„ cursionibus sollicitare, ut ab illis cavere n valeret. 2. Xtus in mundum venit, ut opera diaboli dissolveret (1. Joan. III.) Jesu moriens ex poliavit tantarum potestates; palam triumphans illos in semetipso. (Coloss. II. 15). Ergo diabolus jam nihil juris habet in hnem, neq̄ eum tentare pŧ da„ tum, sed unusquisq̄ tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. -

Resp. I. (Jac. I. 14.) — Deo equidem indignum est hominem inermem nullo munitum praesidio, nullis ad vincendum armis instructum cum potentissimis hostibus comittere. Verum longe haec sit a divino providentiae consiliis. Hostes quidem experimur nobis multo valentiores, et odio incitatos implacabiles; at nec quantum, nec quamdiu volunt, tentare nos aut vexare possunt, sed eius eorum potestas, Dei nutu et permissu gubernatur. Porro ab his superos admonemur in scripturis, ut solliciti simus ad praecavendas daemonum molitiones, ut fortiter resistamus in fide, nec socordia aut ignavia torpeamus. Tentationis hic locus est, hic probanda virtus, hic promerenda corona est. Multa certantibus parata sunt auxilia, praemia vincentibus magna nimis. Vires quidem nostrae in tam pertinaci certamine non sufficiunt, sed facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam. Fortis est, quem Deus adjuvat; aderit autem Deus, si viribus nostris diffidentes, et ei spe immobili nostra in Deo collocata, piis precibus a Deo petimus, ne nos tentari sinat supra id, quod possumus, sed faciat etiam cum tentatione proventum, ut possimus sustinere (I. Cor. X.)

Resp. ad II. Jesus revera Satanam vicit morte sua, et triumphum de illo egit, quia habebat mortis imperium. Unde et illud verissimum est, diabolum nihil in nos juris habere, nisi volentes jugum subeamus ignominiosae servitutis. Sed et neminem potest in sua potestate retinere, qui pristina nobilitatis memor ad Dominum, quem sponte reliquerat, recto et sincero animo revertitur. Locus ex s. Jacobo citatus ad rem non pertinet. Scopus Apostoli est, ostendere, Deum neminem auctorem peccati esse, nec eo posse; vel eam peccatum ex prava hominis voluntate prodire. Verum sicut concupiscentia sola proxima causa est omnium peccatorum, ita multae sunt ejusdem malae occasiones et causae remotae. Neque daemones, neque mundus, neque perversi homines, qui daemonum voluntatibus subservient, nocere alia ratione possunt, quam cum malas cupiditates ita vitiorum illecebris inflamant, ut homo propria voluntate in interitum ruat. —

Objectio II. Nolum est vocem spiritus antiquitus non raro fuisse adhibitam, ad affectiones quasdam animi et mentis commotiones designandas. Inde factum est, ut, quemadmodum bonae motiones a Deo in animas excitatae angeli boni dicerentur; ita ex affectibus, et perturbationibus a malis cupiditatibus excitatis daemonia exorta sint, seu fides malorum spirituum, quos vulgus superstitionum sibi finxit in hominum perniciem conjuratos. —

Respon. negat. conseq. Quod vos spiritus in scripturis saepius tropice adhibeat, n inficiamur; sed falsa e, quae exinde deducit, conclusio. An n ignis, aut aer, aut alia hujusmodi multa in scripturis usurpant, ad motus animi significandos, aut alios effectus physicos, aut morales? An ergo nihil sunt revera existens? Negant, certe, qui ita concludunt. Nos siat bonorum spirituum, ita et daemonum existentiam, eorum, multipli- cem cum hne nexum ex illis scripturae locis probamus, in quibus manifestum e de entibus realiter existentibus sermonem ee. Sic Jacobi II. 19. legit: „Tu credis, quoniam unus e Ds; bene facis; et daemones credunt, „ et contremiscunt." Quis hoc loco motus et affectiones animi intelligat?

Contra II. et III. propositionem.

Argumentum I^um? l: Multi ex veteribus crediderunt, daemones nihil a- liud ee, quam animas hominum emortuorum. 2: Ipsi antiquiores Patres ea, quae de daemoniacis in s. libris dicunt, varia sua interpretati sint. atq morbos, aut persecutiones malorum hnum, aut vitia hni dominantia intelligi fatent. Ergo etc. -

Respon. ad I. neg. conseq. Quid gentiles, quid multi etm inter Judaeos de daemonibus senserint, ad nostram quaestionem n pertinet; multa em apud eos confusa erant et vaga. nostrum e inquirere, quae Xti, quae Apostolo, quae Xtiana Ecclae doctrina fuerit. Cum evidens sit, Xtum, quando de daemonibus loquebatur e, n animas hnum intellexisse, sed angelos malos, ejusdem cum diabolo et satana natae, et ad ejus regnum pertinentes; quis n videt eum potius falsas Judaeor opiniones correxisse, eisq genuinam substituisse de diabolo ejusq angelis doctrinam?

Ad II. neg. ant. Veterum ftum unanimis sententia e, daemonum infestationes, quae a s. auctoribus narrantur, in sua obvia et propria ee accipiendas. Si qui ad populi fidelis instructionem sensum moralem consectati sint, litteralem n hm n excludunt, sed supponunt potius. Ita s. Gregorius cum de Maria loquitur, de qua, ut scriptura re- fert, septem daemonia exierant, ait: „Quid per septem daemonia, nisi „ universa vitia designant?" Constat am eundem s. Patrem in ibus fere evangelicis factis ejusmodi explicationes mysticas quaesivisse.

Argum II. 1: Xtus et Apli daemones alloquendo vulgi opinionibus sese ac-

accomodabant, quod pessima quaeq; morbor genera daemoni adscribebat.
2°: Xtus ipse potestatem, quam habuit ejiciendi daemones, cum illa com-
parat, quam exorcistae Judeor exercuerunt: Matth 12, 27: „Si ego in Belze-
„bub ejicio daemonia, filii vestri in quo ejiciunt? At nemo dicet daemo-
„nia revera ejecta fuisse ab exorcistis Judeor. Ergo etc. –
Respon. ad I. neg. anter. Ex eo, quod populus ad superstitionem pro-
clivis saepe daemonum infestationi adscribat, quae morbi naturalis
effectus est, n sequit, nullas unqm daemonum possessiones exstitisse. Con-
trarium potius ex hac ipsa populi persuasione colligendum e. Sicut fal-
sae prophetiae veras, falsa miracula vera exstitisse probant; sic falsae
obsessiones veras n destruunt, sed magis confirmant. Nos nullatenus
contendimus, vera ee, quae diversis temporibus per vulgus sparsa sunt,
de daemonum excursionibus et maleficiis; haec em ut plurimum frau-
dis aut ignorantiae facta sunt. Stricto examine et magna cautione in
hac materia agendum e, id qd ipse egit, et ministris suis observandum
praecepit Exta. At contendimus impossibilia ee facta ejusmodi, eaque
absq; temeritate negari n posse, si fidem historicam habent, neq;
absq; magna impietate, si divina auctoritate fulciunt. –
Respons. ad II. Christus ubi potuit argumento ad hominem ut vocant,
secum diceret: Sunt etm inter vos, qui dicunt, se ejicere daemonia; verum,
an unqm reperius e quisquam, qui contenderet, se potestatem depellen-
di daemones a daemone habere? An non insanire vicius eet hoc iste?
Respondent alii, Xtum de suis discipulis loqui, quibus ipse potestatem
in daemones concesserat. Id verum, maximum fuisse discrimen in-
ter opera, quae a Xto fiebant, et Judeor exorcismos; unde et popu-
lus totus in admirationem raptus e quando Jesum vidit imperi-
„um in daemones exercere. „Quidnam e hoc? Quaenam doctrina haec
„nova? Quia in potestate etm spiritibus immundis imperat, et obe-
„diunt ei." Marc I. 27.
Argumentum III. Nemo facile persuadere sibi potuit, eo prae-
cipue temporis curriculo, quo Xtus publicam inter hnes vitam egit,
tm exstitisse numerum daemoniacorum, cum nec antea, mendicor
fiat, neq; postea ejusmodi amplius reperiantur. Ergo etc. –
Responsum. Quid ante et post Xtum factum sit, necesse n e opere
sius examinare; videamus, quae in probatione dicta sunt argumento V.

argumento V°. Talemur ām hujus rei exempla nullibi frequentiūs, qm in N. T. historia occurere. Quis ām facta historica referens, rationem redde re cogit, cur eo praecise tempore, et n̄ alio illa facta contigerint? An iis forsan fides historica deest? Sed si ea habent, quae ad fidem facien dam requirunt, si insuper (quod iis dictum ee volumus, qui se Xtianos nominant) infallibili auctoritate nituntur, tunc certe nescimus, quo eos nomine appellare debeamus, qui gravissima facta n̄ ex fidei criteriis, n̄ ex historicis monumentis, sed ex suis ineptis et levissimis conjecturis aestimant. Praeterea n̄ indignum putamus Dei providentia ut eo praecise tempore, major diabolo potestas data, in hmum corpora, quo Xtus apparuit. Hac si qdm ratione Xtus se victorem diaboli palam probavit, et visibili operatione invisibilem victoriam, et Incarnationis salubeerimum finem indicavit. „In hoc apparuit Filius Dei, ut dis„ solvat opera diaboli." I. Joan III. 8. –

§23. Usus practici doctrinae de Angelis.

Hisce absolvimus dem doctrinam de Angelis, haec vō doctrina:

1°. Infinitam Dei potentiam et majestatem docet, qui excellentium eorum spirituum auctor e.

2°. Immensum regnum, entium moralium, repraesentat ad quod et nos tan quam cives pertinemus, quod cor nostrum elevat, et verorum, bonorum verorq, desiderationis nostrae, n̄ permittit ee immemores. —

3°. Exhortatr, ut cultum convignum Angelis bonis, entibus adeo sublimibus impendamus, talem quidem, qui praeclaro eorum indoli et probato sanctitatis convenit, referendum tamen ultimo ad creatorem, qui eos tot angelos fecit.

4°. Huc porro pertinent, quae §13. de influxu salutaris doctrinae de An gelis custodibus, in virtutem et tranquillitatem nostram diximus.

5°. Quae monuimus §21. de fide in dogma: Satanam existere, et in mundum influere.

6°. Vires ām vitibus enitamur, ut regnum Dei magis magisq, propa geat inter hnes, ut voluntatem Dei tam prompte faciant atq, libenter, ut Angeli Dei in coelis exequuntr, regnum vō diaboli ōi studio everte re conemur, tenebras dispellendo, mendacia fugando, virtutem et veritatem sincero corde amando. — — — — —

Caput tertium.

De hominis creatione.

§1. Nexus et Momentum.

Ab angelis ad hnes transimus, alteram entium rationalium et moralium speciem. Ejus ante oia consideramus creationem, objectum, quodcm nostram attentionem meret. Solvit, em hoc tractatu prima, quae quemque exagitat quaestio: unde sum et quid de me fiet? Sane dederetnr, si in hac prima quaestione essemus hospites et peregrini, quae in super nihil solvat, in diversos, ut historia docet, inducit errores valde periculosos. Tria am praecipua st, quae in hoc capite tractant, npe: quaeritur, de hominis creatione, destinatione et statu, quae mam reipso gressus est. –

§2. Notio hominis.

Non repetemus h.l. ea, quae ad philosophica potius studia pertinent, et ex illis nota st, exponentes tm, quae respectu religioso quoad hnis naturam credenda sunt. Hominis nomine intelligimus ens finitum, animam rationali et corpore organico constans, nectit gs quasi hn mundum spiritualem et organicum, ex utroq elemento partes constitutivas recipiens; animam am rationalem seu spiritum et corpus organicum, adeoq elementa n quantitative, sed specifice diversa, hnis ee partes constitutivas, expressum fidei dogma e. Praeter eundes argumenta philosophica ad s. litteras provocamus, et nominatim ad Eccl. 12, 7. „Et revertat pulvis in terram suam, unde erat, et spiritus redeat ad Dm, qui dedit eum." Matth 10. 28. „Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam am n possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest et corpus et animam perdere in gehennam." Jacob am ait: „Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est." quibus textibus perpensis patet:

1° Discrimen et qdm essentiale ee inter animam humanam et corpus.

2° Terrestre e hoc, et alteram caelestem.

3° Perire posse corpus, n item animam, sed ee immortalem.

4° Vitam oem corporis pendere ab anima.

5. Plane animam ee spiritum.

Placet spe fuit Esin gg doctrina. Silemus Patrum testimonia, in pe

nota, unicè provocandè ad Concil. Lateran. IV^um, quod in fine canonis 82. cap. I. citati, postquam dixisset naturam angelicam et mundanam a Deo creatam ee, addit haec vba: „Et deinde humanam quasi communem et spiritu et corpore constitutam."

Corollarium I. Quodsi anima hna spiritus e creatus, sequit, ee simplicem intellectu et voluntate atq libertate praeditam, ee cultura progressivae capacem, quae ea disciplinis philosophicis et Theologico-morali relinquemus uberius demonstranda; nolamus jam ea propositiones lot dogmata esse, quia ex nta spiritus ultra fluunt, animo am naturae spiritualis dogma expressum eit. –

Corollarium II. Hominem facultatibus inferioribus et superioribus, quoad intellectum et voluntatem praeditum ee pari certitudine sequit, quico ad mundum spiritualem et ad mundum organicum pertinet. —

§3. Hominis praestantia.

Nunc jam hnem cetera entia creata terrestria multum et dignitate, venustate et pulchritudine superare, n e cur multum exponamus, id em confessum e cibus, indolis enim rationalis et moralis, qua ad ipsius Dei cognitionem ascendet, illius voluntatem agnoscat et faciat, rerum insuper plurimarum cognitionem sibi comparet, imo ex permissis rerum fulvarum abdita colligere sciat, non coeco instinctu ducat, sed fines liberos sibi proponere, et ad optinendos media apta eligere valeat, conceptus mente formatos verbis articulatis vestiat, et quae sunt similia, ipsi soli in terris competit, quo respecta pulchevrime sacer Psalles dicit: „Dm paulo minus tm ab angelis hnem minorasse." Psal. 8. 6. Sed insuper et esterne pulchre ornatus, vultu ad sidera erecto, blanda facie venustatem praeseferente, nervis ceum animalium lenioribus instructus, amplissimo cerebro intellectus organo gaudens, manibus eligilisq ad opera stupenda efficienda pollens, cia quaecung animalia corpore qq superat, et neq a longe st cum eis comparari, corpus idem hnum qualecung aeris, frigoris, caloris q temperiem sustinet, diverso licet cibo nutritum, cia in usum suum convertit, incredibilia tolerat, et sustinet, quod nulli animantium, quae vl. certo elemento, vl. climati vl. nutrimentorum generi adstringuntur, contingit. Sic vere dum nuae se monstrat, in quam animatam et

inanimatam dominium exercet. Haec si hnem in naturali ejus indolecon-
sideremus, plenaria ejus dignitas intelligit, deinde ex enumerando statu ho-
minis, dum e manu Dei egrederet. —

§4. Hominis creatio.

Hujus hnis deo praeclarkis creatio, in s. Litt. narratl, Genes I. 2. quae
duo capita st fragmenta diversa rem eandem narrantia, et qm in cap.
I. versu 26. postqm creata sent reliqua, die sexto Ds loquens inducit:
„: Faciamus hnem ad imaginem et similitudinem nostram, ut praesit
„ piscibus maris, et volatilibus coeli et bestiis universoqe terrae, omique
„ reptili, quod movetur in terra". v. 27. immediate haec ipsa narratio
„ facta describit: „ Et creavit Deus hnem ad imaginem suam, ad imaginem
„ Dei creavit illum, masculum et feminam creavit illos." Sequit deinde be-
„ nedictio, de qua inferius. —
Praeter haec in cap I. quoad hominis creationem nil occurrunt, ulterior
„ am modus describit, cap. 2. sequenti patione v. 7. „ Formavit am Ds hnem
„ de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae נִשְׁמַת חַיִּים
„ חַיִּים i. e. spiritum vitalem a נָשַׁם spiravit, „ et factus e hō in animam
„ viventem." Quod go in capite antecedenti simpliciter dicit „ creavit Deus."
בָּרָא quasi immediato voluntatis actu hnem produxerit, in hoc capite
accuratius explicat, nempe: formasse Ds corpus hnis ex terra, pulvere
antea jam creato, quem etm propter hanc ex terra originem Adamum vo-
cavit, quasi fuscum ab arabico: adema: / fuscus fuit; huicce jam corpo-
ri e terra formato vitam indidit per animam, nam sub spiraculo vitae
intelligendam e animam, quae immediate a Deo fuit data, elvi ex
vocabulo per se n intelligat, intelligit tamen ex multis s. Scripturae
locis, quae immediate a Deo repetunt: ut supra §2.). Sic primus
hō a Deo creatus. Versu am 16. Ds rursus loquens inducit: „ n e bonum
„ hnem e solum, faciamus ei adjutorium simile sibi." quibus verbis
s. Auctor transit ad mulieris creationem, quae sic describit, v. 21
„ et 22.: Immisit go Dns Ds soporem in Adam, cumqe obdormisset
„ tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea, et aedificavit
„ Dns Ds costam, quam tulerat de Adam in mulierem, et adduxit eam
„ ad Adam". Sic go sicut Adam immediate erat creatus quoad corpus
e terra pulvere; sic pariter mulieris creatio mediata e, est ex parte

particula viri aliqua jam existentis. Adam vō hanc mulierem aspi-
„ciens v. 23. exclamat: „Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea
„haec vocabit„ virago [: ischa :] quoniam de viro sumpta est." Sacer am auc-
„tor super hanc creationem reflectens addit: „quam ob rem relinquet ho
„Patrem et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne
„una." Illis vbis sanctitatem matrimonialem, ac tenerrimum atq; intimum
inter conjugatos amorem huicce creationis mulieris ex viro super-
„struens.

§5. Reflexiones super eandem creationem.

Sic quidem creatio hnis narrat in s. Litteris, sic quaestio solvit, unde ge-
nus humanum traxerit exordium; propter rei momentum, diversosq; ad-
versarios annectimus reflexiones sequentes: -
1: Quidem quaerit, an sua literali illa st accipienda? quam in rem affir-
mative respondemus, iisdem nixi argumentis, quibus et quo sua lite-
ram secuti sumus in narratione creationis universi, et globi terraquei
[: cf. c. I. §6 :] Et quidem priora hnia argumenta ex integro huc qq pertinent:
sic etm illa, quae N: 6 et 7: quoad patres et Esiae sensum notavimus;
quod cum attinet numerum 4 et 5. specialia loca citamus, quibus in a-
liis libris biblicis A. et N. T. haec historia literaliter accepta reperit
„v. g. Eccl. 12, 7. „Revertat pulvis in terram unde erat." Tobias 8, 8. ad
„Deum precat: „Tu fecisti Adam de limo terrae, dedisti ei adjutricem
„Evam." Eccl. 7, 1. „Ds creavit de terra hnem, et secundum imaginem
„suam fecit eum" v. 5. „creavit ex ipso adjutorium simile sibi." Xtus
porro etm abfuit, ut illam narrationem mythum habeat, ut potius eam
literaliter accipiens, ei indissolubile matrimonium superstrueret
„Matth 19. 16: non legistis, qui hnem fecit ab initio, masculum et foem-
„nam fecit illos et dixit: propter hoc dimittet etc." Similiter Paulus I.
„ad Timoth. 2, 13: „Adam primus formatus e, deinde Eva." I. Cor. 11. 8-12.
„: n vir ex muliere, sed mulier ex viro, etenim n e creatus vir propter
„mulierem, sed mulier propter virum." et 15, 47. ad originem Adami ex
„terrae pulvere alludens, appellat eum terrenum, dicens: „primus ho
„de terra, terrenus." Sic go et in hoc comate sequentes Xtum et Apostu-
„los manemus in sua literali, praecipue cum, quo ab aliorum sententia
patronis, in medium proferunt, n difficulter solvant. Putant en duo
haec fragmenta sibi eatenus repugnare, quatenus pro diversimode par-

narrat, facta. Ast paulo accuratius inspicienti patet primum fragmentum narrare generaliter rem eē factam; secundum aūm uberiorem modum explicat, quodsi ex secundo fragmento modum desumimus, inest eadem sententia, quae primo maleulum et foeminam Dñs creasse finēs. — — Quodsi dicunt mythum pedolere, Deum figuli instar corpus Adami e terra formasse, reponimus difficultatem in textum inferri, ubi nulla ē, modo sumat, ea humana ratione eē expressa, quin de laborioso opere cogitet, pariter ad ornatum sermonis referimus locutiones Dei, quae adferunt, et consilia, quae inire videt. —
Mythum confirmari asserunt eo, quia posita veritate creationis Evae ex costa viri, hic ante Evae creationem monstrosus, deinde vō mutilatus eē debuit, cujus trīm mutilationis in viris posteris nullum ē vestigium. At hi n perpendunt disparem rationem eē inter Adamum et posteros viros, quia qualiscung illa pars Adami, ex qua formata ē Eva, fuerit, necessario in illo solo fuerat ob finem creandae Evae; ex quo sequit, illum nec monstrosum, nec mutilatum unquam fuisse, sed sapienter creatum, pro fine praedicto. — Si quaerunt, qualis fuerit ratio sic creatae Evae? respondimus: etsi nescimus illam, id contra historicam veritatem nil probare, qui in genere creationis actum ignoramus, deteginus aūm finem praeclarum in ipsa conjugalis consortii sanctitate et firmitate, quae in ipsis s. litteris huic creationi superstruit. —
2ō Quod attinet vba: faciamus hnem," absit, ut quisquam cogitet, verbis istis designari deliberationem divinarum personarum, aut consilium Dei cum Angelis initum; designat eīm hic distinctus loquendi modus perficiendi operis dignitatem. Pulchre propterea s. Chrysostomus in illa vba comentat, Homil. 8. in cap. I. Genes. dicens: „Vide hodie quanta verborum diversitas, non eīm jam dicit: fiat hō! sed quid? Faciamus hnem; quid hoc novi, quid insolitum? quinam ille, qui formandus? ad quem faciendum adjicit tanto consilio et circumspectione opus? Ne mireris dilecte, hō eīm inter visibilia ōia dignitate praecellit, propter quem condita sunt ōia." Quod attinet pluralem numerum, multi in eo pluralem majestaticum agnoscunt; alii de consulto Spiritum S. auctorem movisse dicunt, ut pluralem scriberet, ad Trinitatis mysterium indigitandum, ea ōium paenum sententia est.
[Confer Dereser II. Editio Tom I. pag. 9.]

3°. Celerium haec narratio de hujus creatione uberrimos habet usus practicos. nam fragilitatem corporis humani docet, dignitatem, animo humano et praerogativam simul super ceas res creatas, conjugalem amorem inflitat, et sanctitatem matrimonialis vinculi exhibet, justamq; foeminae sub viri potestatem subjectionem. Cf I. Cor. 15, 47, 11. Caput ejusdem. —

§6. Adamus et Eva generis humani Protoparentes. —

Mirum cui videri poterit, quomodo praemissis demonstratis separatum §. sub hac inscriptione ponamus, et tamen id neguaquam superfluum propter illos, qui Coadamitas v. Praeadamitas statuerunt, aut statuunt i.e. qui sumunt cum Adamo et Eva simul plures generis humani Protopa-rentes ex creatos, v. gr. vero, qui cum Isaaco Peyrerio, gente Gallo, patria Burdegalensi secta Calviniana addicto, duo Geneseos exposita capita de diversis hominibus tractare opinantes statuunt ex illis, de quibus sermo e. c. 1. prodiisse Gentiles, ex Adamo vo cujus Geneseos narrat, c. 2. orium traxisse Judaeos. —

Contra hos jam qualescunq; defendimus Protoparentes strictissimo sen: fuisse solum Adamum et Evam et ab his ac genus humanum ducere ori-ginem, quod sequenti patiore probamus:

1°. In ipsa Genesi nullum prorsus vestigium occurrit, in 2° capite de a-liis hominibus sermonem ee, qm in c. 1, sed sunt diversa fragmenta rem eandem narrantia. cf §. anteced. Insuper Introductio in libros S. V. T. de fragmentis Geneseos. - potius. —

2°. Plura in ipsa Genesi inveniunt, quae Protoparentes unicos, Adamum et Evam dicunt, v. g. c. 15, 1, 2. Moses dicit: „Hic e liber generationis A-„dam in die, qua creavit Deus hnem, ad similitudinem Dei fecit illum, ma-„sculum et foeminam creavit illos, et benedixit illis." Quo in loco benedi-cio, quae accurit c. 1. 28. ad Adamum dicta narrat, hic hypothesi Peyre-rii secundi capitis ho diversus e ab hne primi capitis, quem jam Mo-ses identicum et unum repraesentat. Neq; affirmare potuisset s. auctor c. 2. v. 5. hnem n fuisse, qui terram coleret, si ante Adamum exstitis-sent alii, nec Eva c. 3. v. 20 nominari potuisset mater cunctorum vi-ventium, si qui fuissent ex genere mortalium, qui Adamum et Evam aetate, aut aevo praecessissent. ——

3º Alii libri A.T. hanc eandem enunciant sententiam e.g. Lib. I. Paralip. 1.1. „Ab Adam eis genealogia inchoat." Sapient. 10.1: de Sapiente dicitur: „Hunc illum, qui primus formatus e a Deo, Pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit." pariter:

4º N.T. Lucæ 3, 23-38. genealogiam Sti usq. ad Adamum ducit, de quo ex presse addit „qui fuit Dei" i.e. immediate a Deo creatus. Disertissime am illud Paulus enunciat, qui Act 17, 26. dicit: „Fecit q. Dº ex uno oe genus humanum, inhabitare super universam terræ faciem", quapropter

5º Hæc fuit semper Ecclesiæ doctrina s. patrum testimoniis firmata, definitio inferius citanda de peccato originali exstat in Concilio Trid. Ses. 5. can I. Nec negavit hanc universalem fidem Peyrerius, qui in epsta ad Philothymum fatet, se sententiam propugnare, quæ doctrinæ eium theologorum, patrum et conciliorum sit diversa. Cf. Natalis. Alex in Phil. V.T. Dis. III. Tomo III.

cum corpore conjunctionem, exinde vitium suum contrahere, carere
propterea grata originali, quam Adamus peccando perdiderat,
quam subtraxit Deus filius ab illo descendentibus. Attamen ex hac
pariter n intelligit, quomodo vitium corporis per se ita in ani-
mam influat, ut illi peccatum et culpa inhaereat et n explicatur
cur praeter hoc corporis vitium, gratia sanctificans filius denegat,
ut adeo in fine iterum ad necessariam ex ordine morali imputa-
tionem, quam intelligere, n possumus via reducant". Quapropter
quaerentibus modum, cum s. Augustino respondemus de moribus
„ Esiae cap. 22. „ Quid a me quaeris, quo sit factum modo, cum factum

constet aliquo modo, si apostolo credis ullo modo, qui mentiri ſit
„ nullo modo." Huic doctrinae s. Revelationis firma fide inhaerentes
cavisse inquirere nolimus in illa, quae Dei verbum ſi patefecit,
convertentes potius animam ad media, quae misericordia dona no-
bis obtulit, ut a miseria liberemur.

Adjuncta ad §19. –

1. Origines docet, animas ob peccata in anteacta vita commissa, in
corpora quasi carceres detrudi.
Refutatio. Sed tunc peccatum originale in personale mutat. Nul-
la est conscientia vitae anteactae. Quaeritur, quid hisce peccatis in
vita anteacta originem dederit?
2. Tertullianus dicit animas et corpora a parentibus in parvulos pro-
pagari, quo corpus parentum viciatum et in infantes, et anima
viciata et in infantibus.
Refutatio. Non animas a parentibus in parvulos propagari, sed
tm corpora, nam Deus immediate et successive creat animam,
quando corpus jam praeparatum e, et aptum ad suscipiendam ani-
mam.
3. In anima Adami eius animae aderant sicut corpora ejus in cor-
pore ejus. Quaestio orit, utrum animae hae intelligentes, qui pec-
cato consentientes adfuerint? Si affirmative respondet, peccatum
originale in personale mutat; si negative, tunc difficultas non so-
luta. – /: Reliquae sententiae in scriptis :/. –
Nostra Sententia. Deus duas quasi leges statuit, ut corpus par-
vulorum simile sit corpori parentum, deinde ut anima habeat pro-
prietates et propensiones convenientes proprietatibus et pro-
pensionibus corporis. Quovis mutato corpore, mutata et debuit
et anima.

§20. Xtus Salvator a peccato originali immunis. –

Ab universali peccati transfusione Xtum Salvatorem immunem
e certum dogma e, etenim:
1°. Redemptor talis necessarius erat, qui a communi peccatorum

peccatorum forte exemtus ēēt, docente Paulo ad Hebr. 7, 26. "Talis ēm decebat, ut nobis ēēt Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, excelsior coelis factus."

2° Intima naāe humanę cum dña conjunctio postulabat vdō per ōia puncta, in quod neō minimum peccati cadebat.

3° Communi generatione ñ erat, neq; conceptus, neq; natus Xtus, sed quam vis naām humanam sumsit ex Virgine, non tamen per viri consortium ē conceptus, dicente angelo ad B. Virginem Luc. 1, 37. "Spiritus s. superveniet in te." In quam fidem condescendit tota traditio, ut necessarium ñ sit plura de ea doctrina in medium proferre. –

§21. B. V. Maria a peccato originali immunis.

Primum hōem Xti figuram gessisse docet Aplus ad Rom. 5. Constat ām primum hōem ñ ex concubitu maris et foeminę generatum, sed e terra eoq; nondum maledicta ab ipso Deo conditum fuisse. Deducit igit, ut secundus hō [: Xtus :] ē terra ñ maledicta i. e. e Matre Virgine, quae ōis maledictionis, ac per hoc ōis peccati expers fuerit, formaret. Planē figuram primus observasse videt S. Andreas Aplus, cujus haec verba referunt Presbyteri Achajae in l. de pass. "Sicut de terra inaculata factus fuerat hō primus, ita necesse erat, ut de immaculata Virgine Christus nascerēt." Plevam Mariae figuram fuisse docet Epiphanius haeresi 68. et alii. Certum ām ēst, Evam sine peccato fuisse, cum primum formata ē, decebat igit, ut mater ōium viventium vita spirituali sine peccato conciperet, cum mater ōium viventium vita animali sine peccato condita fuisset.

Nota. Secundum medicos et theologos duplex distinguit conceptio: 1° Seminalis conceptio ē congregatio materię apta ad corpus formandum. 2° Conceptio perfecta ē animatio hujus foetus, dicit haec conceptio etm (humana) animalis. –

S. Scriptura. Cant. 4. "Tota pulchra es amica mea, et macula ñ ē in te." Non ēēt tota pulchra, si ñ ēēt a labe originali libera. "Ave gratia plena." Angelus Mariam allocutus est, quo verbo perfecta immunitas a peccato ñ tm actuali, sed et originali.

significavi videtur, hinc "benedicta inter mulieres" praedicat, i.e. i. ipsa sola benedicta inter mulieres ppter culpam originalem maledictas. -

Gen. 3, 15. "Inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius, ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus." Sub muliere intelligit B. V. Maria. sub mulieris semine Jesus Xtus. Inimicitia haec continuo inter mulierem et Satanam sanctitatem hujus mulieris probant, nam Satanas ttm sanctos odio habet, deinde mulieri huic victoria de Satana reportanda promittitur, victoria am haec n est perfecta, ti ipsa mulier hocce peccato est aliquando subjecta. -

Patres. Origines hom. 3. in verba: "Cum esset desponsata" "audite ait: quod virgo in utero concipit, n ex desiderio partum concipiens quae neq persuasione serpentis decepta e, neq ejus afflatibus venenosis infecta". Ambrosius. sermone 23 in Psal. 118. "Suscipe me n ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit Virgo per gratiam ab oi integra labe peccati." Hieronimus in explan. Psal. 77. tractans illud: "Deduxit eos in nube diei" dicit nubem illam fuisse Virginem Mariam et addit haec verba: "Pulchre dixit diei, quia nubes illa n fuit in tenebris, sed semper in luce". Augustinus in libro de nativ. et gratia c. 36 ait: "Excepta sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus cum de peccatis agitur, habere volo quaestionem". "Inde em scimus, quod ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum oi ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit Eum, quem constat, nullum habuisse peccatum."

Concilia. Nicaenum II. a. 787. act. 5. "Si quis n confitetur sanctam semperq Virginem Mariam, proparie ac vere Dei genitricem sublimiorem ee oi visibili et invisibili creatura, anathema sit". Quomodo B. V. Maria dici posset sublimior oibus creaturis ac huc angelicis, si aliquando foedata fuisset a culpa originali, qua n solum inferior aliquando oibus Angelis, sed oio gratiae ex pers et Dei inimica existisset?

Tridentinum. sess. 5. cap. 5. "Declarat tamen haec ipsa s. Syno-

„ Synodus, n ee suae intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de
„ peccato originali agit, beatam et immaculatam Virginem Mariam
„ Dei genitricem." Sessione 6 cap. 23. „ Si quis dixerit, hom posse in to-
„ ta vita peccata oia, etm venialia vitare, nisi ex speciali Dei pri-
„ vilegio, quemadmodum de B. V. Maria tenet Ecia, anathema sit"
Si gō de fide est, dōnam Matrem nullam culpam actualem commisis-
se, certum consequens ee debet, ipsam maculam originalem etm
n contraxisse. Sicut em impossibile est, ut, qui peccatum originale
una cum suo fomite contraxit, expers sit oīs peccati actualis, ita
qui nullum peccatum actuale commisit, necessario impossibile est
ut labe originali commaculatus sit, ut docet s. Augustinus /: l. 6.
c. 9. contra Julianum :/ ubi ideo xtum Dnum nullum peccatum ac-
tuale perpetrasse dixit, quia nullum contraxit originale.
Sententiam hanc Romani Pontifices semper fuisti sunt. Sixtus IV.
indulgentias iis imperitus est, qui Missam et Officium in hono-
rem conceptionis immaculatae Virginis in die festivitatis ejus-
dem et per Octavam dicunt, aut illis intersunt, Missam gg et
Officium proprium pro festo illo proscripsit, ubi n semel nomi-
natim: immaculata conceptio et asserit, Virginem ex merito Fi-
lii sui praevisa ab oī labe praeservatam a Deo Patre. –
Pius V. Paulus V. prohibuit, ne quis audeat disputationes in con-
gregatione virorum vel alterius sexus habere, et Gregorius XV. or-
dinaverunt, ne quis contrariam sententiam promulgare et defende-
re audeat. Alexander VIII. declarat, ab Ecia universali celebrari fe-
stum B. V. Mariae n dum sanctificatae post primum instans, sed
a macula originali in primo instanti creationis atq infusionis
in corpus immunis praeservatae." Clemens XI. mandavit, ut festum
Conceptionis B. V. Mariae immaculatae de praecepto ubiq in po-
sterum observet, i. e. per totam Ecclesiam celebret. /: Constat: cōmi.
si vobis" 6 Decembr. 1708 :/ –
Summa deinde xti Dni dignitas exposcebat, ut pura eet Mater,
quae illum per Spiritum s. concipere ac parere meruit. Decuit fa-
ne, ut Mater Dei nunquam esisteret Deo inimica et Regina Ange-
lorum

nunquam subdita erit diabolo. Totus orbis christianus celebrat festum diem Conceptionis V. Mariae, eamq; vocat immaculatam. Quemadmodum ergo Ecclesia docens in doctrina aberrare nequit, ita quoq; universalis Ecclesia discens in fide deficere nequit. –

His argumentis Papa Pius IX. subnixus peliquo Episcopatu communicavit si voto id ab eo expostulante 8va Decembris 1854. definivit: „Doctrinam, quae tenet, Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae conceptionis, fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesu Salvatoris humani generis, ab omni originali culpae labe praeservatam immunem, ergo a Deo revelatam, atq; idcirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterq; credendam. Quapropter si qui secus – quod Deus avertat, praesumserint corde sentire, ut noverint ac porro sciant, se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab unitate Ecclesiae defecisse." –

Nec est asseri, quod alias Maria, si maculam originalem non contraxisset, non possit dici a Xto redempta, nam communiter respondetur, quod ipsa, cum fuerit a culpa praeservata, vere et modo nobiliori redempta fuerit, docet enim s. Augustinus in Psal. 85: quod mittendus in carcerem etm dicat, a carcere liberatus, ab illo, qui eum liberat ne in carcerem perducat. Psal: „Eruisti Dne animam meam ex inferno inferiori." „Redemisti me de gladio maligno" etc. h. l. psalmista laudat Dm, quod ei gratiam largitus est pro adulterio, ob quod certe in inferno poenam aeternam haberet, poenitentiam agere et peccatum commissum luere.

S. Bernardus invehebat quidem in sua Epla in Canonicos Lugdunenses, quod festum Conceptionis Deiparae celebrassent, sed ideo potissimum, quod apostolicae sedis auctoritatem non expectaverint. – (Liebermann Tom. II. pag. 843) Punctum secundum.

Quis sit dogmatis de immaculata conceptione genuinus sensus, et quae ejus cum christiana veritate congruentia.

Quis sit genuinus dogmatis sensus ss. Pater clare declaravit et duobus punctis complectitur, sc:

1. Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae conceptionis fuisse ab oī originalis culpae labe praeservatam immunem. –
2. Idque singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio intuitu meritorum Jesu Xti Servatoris humani generis, factum eē. –

Ad I. Fuit igitur Beatissima Virgo semper immunis a peccato originali. Immunis itaq; erat 1° ab oī eo quod, ut Tridentina synodus ait, veram et propriam peccati passionem habet, a peccato sc: quod ē mors animae, quodq; in eōs Adae posteros naturali propagine transfusum est. Si am quaerit, quid sit, quod veram et propriam peccati passionem habeat, morsq; animae dicat, eōs sinceræ doctrinæ Theologi respondent, ipsam eō originalis justitiæ privationem voluntariæ Adæ praevaricatione contractam. – Ex duobus igitur plena et vera originalis peccati ratio consurgit: Est sc: 1° justitiae originalis privatio, cuiq hominis formaliter propria, et 2° a protoparente libertima voluntate contracta, nobisq; eōibus tamquam in Adam peccantibus justissime imputata, v. quod idem est, propria peccati originalis ratio in macula culpae et reatu poenæ primæ praevaricationis consistit. Ab utroq; Maria poenitus praedicat immunis, a macula sc: culpæ et a reatu poenæ. Neq; igitur justitia privata, neq; reatus Adae obnoxia unquam exstitit, quin imo ipse sup conceptionis momento sanctitate et justitia praedita, et ab oī reatu primae praevaricationis alienissima fuit. –

2° Immunis quoque fuit beata Virgo ab effectibus et sequellis originalis peccati, imprimis a concupiscentia, quae quamvis in renatis formaliter peccatum n sit, tamen ex peccato ē, et ad peccatum inclinat et materiale peccati originalis a Theologis recte nuncupat. Mariam nunquam actualem concupiscentiæ motum sensisse semper docuerunt omnes, fuerunt tamen n pauci cum s. Thoma existimantes fomitem peccati usque ad Jesu Xti conceptionem, in qua totaliter sublatus sit, in Maria Vm quoad exercitium ligatum fuisse. Si haec opinio absq; dubio relinquenda ē, pureq; et simpliciter dicendum ē in beata virgine Maria concupiscentiam, in quantum ē inordinatio quaedam inferiorum virium, semper et

et ōio gratia, qua pollebat sublatam fuisse. Cum hac B. Virginis ab oi conceptionis libertate aliud ejusdem privilegium a Triden„ tino jam Synodo definitum intime, quamvis ut nobis quidem videt„ n necessario cohaeret, eandem sc: ne unum quidem minimumque veniale peccatum unquam comisisse. Quod poenalitates attinet Mariæ et mortem quoad animae et corporis separationem ethu„ jus vitæ aerumnas pertulit, n vo ut poenam, sed ad meritum. Non em decuit dicit s. Thomas a Villanova ut Mater careret istis poenalitatibus, quas pro nobis accepit Filius. At sicut Jus mortem quidem suscepit, sed corruptionem n vidit, ita et de Ma„ ria pie cum s. Ecia sentimus, a Filio eam resuscitatam et cum corpore glorioso in coelum assumptam ee. Sed et hoc, et fi. de quidem tenendum est, Mariam in partu dni filii, qui ma„ tris virginalem integritatem n minuit, sed sacravit, et ab oi do„ lore immunem fuisse. 3.° Ad immunitatem Mariæ ab oi labe originali plenius significandam, omnisq; dubii et altercationis occasionem tollendam Pius IX. declaravit, Mariam, ab orig. culpæ labe in primo instanti suae conceptionis preservatam ee. — Quibus verbis expressius definit, Mariam ne unum quidem momen„ tum in peccato fuisse. Itaq n sicubi celeri hnes, „translatione ab „ eo statu, in quo ho nascitur filius primi Adae in statum gratiæ „ et adoptionis filiorum Dei;" sed ipso suo conceptionis momento sanctificata fuit, ita ut n prius eet, quam sancta eet. Verbo am „primo" conceptionis momento quaelibet prioris et posterioris conceptionis momenti distinctio, quoad Mariæ sanctificationem prorsus excludit. Inde illa quoque inter foetus conceptionem, inter ejusdem animationem distinctio descerenda ee videt, nec corpus Mariæ ante ejus animationem, neq animam ante ejus sancti„ cationem exitisse dicendum eet. fuit, itaque Maria semper sancta anima et corpore.

Ad II. Quod causam rationem immaculatæ conceptionis de„ finitum e Mariam a labe originali preservatam ee singulari

singulari Dei ōpotentiō gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Xti Salvatoris humani generis. Quibus verbis edocemur: Beatam Virginem 1° n condicione naturali, sed gratia dona, 2° nec secundum legem communem, sed speciali privilegio, 3° nec sine respectu meritor. Xti, sed eorundem intuitu a labe originali ee praeservatam. –

1° Causa igit et principium Immaculatis Mariæ a labe originali e gratia dona. Sato igit, caelo patio, qua Xtus sanctus e, a patione differt, qua Maria sancta et immaculata praedicat. Xtus en sanctus Dei verus substantialiter sanctus et a lege peccati et qua Filius Dei, et qua Filius Virginis n gratia sed natura exemtus e. Maria vo n substantia, sed dono superaddito, n natura sua, sed gratia dona sancta et a labe originali preservata fuit. Unde certe illa incriminatio refellit dicentium: Dogmate nostro, Mariam ex mera, quae sit, creatura, donum quoddam numen effici; quin potius ipso catholico de immaculato conceptu dogmate expressius declarat, quidquid sanctitatis et puritatis B. Virgini attribuat, totum dono deberi gratiæ, et in laudem dono bonitatis cedere. Refellit quoque alia objectio, dogmate se: nostro negari, Mariam naturali modo a parentibus suis progenitam fuisse. Quamvis en cum Patribus Ecclesiæ pie credat, parentes Mariæ in ejusdem Virginis generatione peccaminosa carnisve libidine, nihilominus tum dicendum est, Mariam naturali per parentes suos propagine ex femine Adæ exortam fuisse, et proprium immaculatæ conceptionis principium n in modo, quo eam parentes genuerunt, sed in gratia sanctificante consistere, quam Deus animae Mariæ ipso, quo eam creavit, corpori a parentibus progenito univit, momento infudit.

2° Evenit etm Mariæ per gratiam a peccato originali praeservatio n lege providentiæ ordinaria, sed privilegio speciali. –

Lege en universali vetō ex femine Adæ progenitis filiis irae nascuntur, Maria sola hac lege exemta fuit, qua exemtione lex universalis n tollit, sed confirmat. Vana e igit adversariorum objectio, dogma de propagatione peccati originalis in ves Adæ posteros cum dogmate de immaculato Mariæ conceptu conciliari n posse. Si en sola Maria et quidem ex speciali privilegio culpae originalis

originalis

originalis immunis praedicet, hoc ipso eos hos peccato protoparentis obnoxios se declarant. –

3º A lege am peccati Maria exempta fuit intuitu meritorum Xti, unici generis humani Salvatoris. Causa igit. meritoria conceptionis Xtus Jesus fuit, qui e ipse Salvator matris suæ, quam sibi sanctificavit, ut eet sine macula et ruga. Gratia igit. qua Maria a labe originali praeservata fuit in quantum intuitu meritorum Xti donata e, gratia Xti recte nominat, et a gratia, quam creationis vocant, et qua primus ho originaliter sanctificatus fuit discernenda est. Secundum aliam am rationem gratia immaculatæ conceptionis, a gratia qua peccatores justificant, essentialiter differt, ac gratia originali aequiparat.

Ex dictis apparet doctrinam de immaculata conceptione et dogma de universali per Xtum totius redemptione optime inter se convenire. Restat argumentum, quod congruentia vocat, paucis indicare, quod ss. Pater Pius IX magnificis hisce verbis complectitur:

„Decebat eo, ut perfectissimae sanctitatis splendoribus semper ornata fulgeret, ac vi. ab ipsa originalis culpae labe plane immunis amplissimum de antiqua serpente triumphum referret, tam venerabilis mater, cui Ds Pater unicum filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum tanquam se ipsum diligit, ita dare disposuit, ut naturaliter eet unus idemq communis Dei Patris et Virginis Filius, et quam ipse Filius substantialiter sibi Matrem elegit, et de qua Spiritus S. voluit, et operatus est, ut conciperet et nasceret ille, de quo ipse procedit."

Revera si Ds Mariam in Matrem Filii sui unigenili elegit, decuit etm ut eam tanta dignitate, quae s. Thoma testante quandam infinitatem habet, summa, qua mera creatura capax e, praeditate et sanctitate dignam redderet. Indissolubili et singulari plane nexu Maria Xto conjuncta fuit, n solum in tempore, sed etm in aeterno incarnationis decreto. Unde congruebat, divinam illam complacentiam, qua Pater Unigenitum suum hominem factum amplectit, et in dilectam ejus Matrem singulari modo redundare. Decebat etm, ut Virgo illa, de qua verbum carnem

carnem suscepit, summa innocentia niteret, et sic humana natura in ea dignissime ad personalem cum Verbo unionem disponeretur. Si eam jam praecurrorem Dominus in utero Matris purificavit, decebat ut matrem perfectiori modo sanctificaret, ab ea labe eam in ipsa conceptione praeservando. Congruebat etiam ut regno sti decus immaculatae innocentiae redderet, quod paradiso terrestri reddierat, et in Maria plene et superabundanter restitueret, quod in Eva misere perierat. Congruebat tandem ut vera Mater viventium, altera Eva Mater Verbi, qui est lux vera et fons vitae, nunquam in morte, sed semper in luce existeret, Deo magnitudinem et virtutem gratiae suae in ea ostendente. –

Sectio IV.

Status naturae reparatae.

Nexus cum antecedentibus.

Miseros se ves peccatum hereditate transmissum, et prospera sequelas, quas illud habet junctas, vidimus. Summa jam miseria consistit in eo, quod eluctari e miseria non valeat ho propriis viribus. „Vendere se voluerunt" dicit S. Augustinus hom. in cap. 19 Joannis „hnes, sed redimere se non voluerant." Haec fuse deduximus in D. F. 526 necessitatem demonstrantes redemptionis, ad quam suspirat genus humanum orans cum propheta: „Rorate coeli desuper et nubes pluant justum, aperiatur terra et germinet Salvatorem." Jes. 45. 3. Patrem benignissimum hanc dedisse redemptionem per Filium unigenitum paviter probavimus tractatu de veritate Religionis Xtiana. Hic etiam advimus necessitatem redemptionis per Jesum Xtum ad expressa fidei catholicae dogmata pertinere, ut ex can 3. Jess. 5. Conc. Trid. citato patet. In sequentibus go de modo et partibus hujus Redemptionis est tractandum, quoniam jam via pendent ab ipsa Persona Redemptoris ipsius, ante via exponenda sunt dogmata, quae hanc Redemptoris personam attinent, deinde de ejus muneribus est dicendum. –

Pars I.

De persona Redemptoris

§1. Xtus verus Deus et verus homo.

Ea, quae de persona Salvatoris nostri praecunte s. Revelatione adstruimus, huc potissimum pertinent: Te Jesum Xtum verum Deum et hominem, Deum ab aeterno, hominem in tempore factum et qdm quod divinam ejus naturam attinet, eam in doctrina de Trinitate demonstravimus, secunda em in divinitate persona caro facta est, Joan 1, 14; fuisse am illum eundem hnem verum, sic probamus: 1: Verus ho tunc fuit, si partes constitutivae hominis ibi inveniantur; atqui sic res se habet, qo verus ho e. Alterum probamus monstrando illum praeditum fuisse corpore, quale homines habent, et anima pariter humana i.e. finita. Xtum verum corpus habuisse patet: a/. Natus e Xtus ex utero matris, miraculoso quidem modo, superveniente super Mariam Spiritu S. Luc 1, 35. carnem tamen assumens ex Virgine Luc 1, 31. „Ecce concipies in „ utero et paries filium." Galat 4, 4. „Ubi plenitudo venit temporum, „ misit Ds Filium suum natum ex muliere." Romanos 9, 5. „Ex qui„ bus /: patribus :/ e Xtus secundum carnem."

b/. Vicissitudinibus corporis humani erat obnoxius, parvulus em natus crevit aetate Luc. 2, 52, famem e passus Matth 4, 2, sitim 11, 19; lassitudinem Joan 4, 6; dormiebat Matth 8, 4; demq mortuus e. Incupiscentiam hominis formam praesetulit, ac em eum hominem agnoscebant. Anima am praeditum fuisse pariter humana finita patet, inerat enim ei praeter divinam scientiam, qua tamquam logos oia compleans e:

„ a/. Intellectus finitus Luc 2, 52. „ et Jesus proficiebat sapientia et „ aetate et gratia apud Dm et hnes." qua Ds oia proficere n poterat, „ sed qua ho. Matth 13, 32. „ De die am illa et hora nemo scit, neq fi„ lius hominis," sed et

„ b/. Voluntas a divina diversa. Matth 26, 39. „ Pater mi! si possibile e, trans„ eat a me calix iste, verum n sicut ego volo, sed sicut Tu." quod apte

/: apud Lucam. 22, 42. sic exprimit: „Non mea, sed tua voluntas fiat", quibus verbis expresse in Xto Divina voluntas ab humana distinguit. Iure go ex his dicimus, animam humanam habuisse Xtum, quod patet etiam ex eo, de, quia:

„ 1°. Doloris seu afficiebat Matth 26, 37: „Coepit contristari et moestus
„ esse tum ait ad illos: Tristis est anima mea usque ad mortem". Non po-
„ terat am Xtus contristari qua Deus. Amicitiam porro col. cit. erga Ma-
„ riam, Marthan, Lazarum Joan 11, 35. „Et lacrymatus est Jesus, dixerunt go
„ Judaei: ecce quomodo amabat eum". Sic go Xtus verus ho est, quia pas-
„ sibilitas constitutivo hominis in eo erant.

„ 2°. Plano expressis verbis dicit „I. Tim. 2, 5. „Unus Deus, unus et mediator
„ Dei et hominum, homo Xtus Jesus". I. Cor. 15, 21. „Per unum hnem mors,
„ per unum hnem /: sc: Jesum Xtum, ut ex contexta patet:/ resurrectio
„ mortuorum". Huc pertinent qq. ea loca, ubi ips. Jesus se ipsum v. filium
hominis i.e. hominem appellant. Pariter ea loca ubi se mi-
norem Patre dicit, quae citavimus in objectionibus contra Divinam Xti
personam.

3°. Eccl am hanc doctrinam semper tenuit et solemniter pronunciavit
„ in symbolis. Dicit em in symbolo Nicaeno-Constantinopolitano: „et ho-
„ mo factus est". Pariter in conc. Ephesino et Chalcedonensi, ubi actione
„ 1f. dicit: „docemus eum perfectum in humanitate, Deum verum et
„ hominem verum".

Nota I. Si Xtum verum hnem dicimus, confitemur tamen, et qua dog-
ma definitum agnoscimus eum differre ab hominibus:

a) Nativitate, n em per viri consortium, sed ex virgine natus est.
„ Luce l.c. quod profitens, ea symbola in verbis: „natus ex Maria
„ Virgine".

/: Adjuncta :/ Maria ita Xtum genuit, ut Virgo intemerata
„ permanserit ante partum - in partu - et post partum. -
A. Mariam ante partum et in partu Virginem permansisse af-
„ fertab s. Scriptura. Jes. 7, 14. „Ecce Virgo concipiet, et pariet Fili-
„ um, et vocabit nomen ejus Emanuel". Virginem concepturam, vir-
„ ginem parituram canit prophetа. Valicinium Isaiae complemen-
„ tum habuisse, referunt Evangelistae. Matth 1, 18. „Christi am generatio

sic erat. Cum esset desponsata Mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu s." et v. 20. „Angelus ad Joseph ait: Noli timere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu s. est." Luc 1, 3 et segg. ait Angelus. „Ne timeas Maria inveniti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen ejus Jesus. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus S. superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi."

b). Patres. Haec est quoque unanimis ss. Patrum doctrina. S. Ambros. suis plurimis in locis hancce doctrinam propugnavit, imprimis in Epla, quam e sententia Concilii Mediolanensis ad Siricium Papam scripsit, ubi inter alia haec habet: „De via perversitatis proferuntur dicere: Virgo concipit, sed non Virgo generavit. - Haec est Virgo, quae in utero concepit, Virgo, quae peperit filium." S. Augustinus: „Quos si vel nascente corrumperet, ejus s. Mariae integritas, non jam ille de Virgine nasceretur, eumq. falso, quod absit, natum de Virgine Maria tota confitetur Esia." Nonnulli s. Proclus, Epiphanius: eam cum eo dente et non comburente rubo, atq. porta Ezechielis non aperienda conferunt, ac eam ipsi Virginem appellant. -

c). Esia hancce doctrinam in Symbolo Apostolico profitetur „natus ex Maria Virgine."

d). Concilium Chalcedonense approbavit Epstam Leonis Magni, in qua haec legunt: „Conceptus est de Spiritu s. intra uterum Matris Virginis, quae illum salva virginitate edidit, quemadmodum salva virginitate concepit."

B. Mariam etiam post partum Virginem permansisse:

a). Responsum ipsius Angelo datum clare ostendit. Luc I. „Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?" quae vba nihil aliud significare possunt, quam firmum propositum, seu ut Patres passim declarant, votum emissum virum nunquam cognoscendi. Aliter enim, si tum immere voluisset, se hactenus virum non cognovisse, inepta responsio fuisset.

b). Patres. Basilius hom. 25. in Chr. genes. „Christi amantes audire

audire n̄ sustinent, quod Deipara aliquando desierit ē̄ Virgo." Augustinus serm. 2, 31. „Quem Virgo concepit, quem Virgo peperit et Virgo permansit."

cf. Concilia. Idem docent Concilia. Sic Patres Concil. Chalcedonensis in allocutione ad Marcianum imperatorem ajunt congregati: „Christum Virginitatem B. V. Mariæ sacrare dignatum ē̄, uterumq; ejus integritate signare."

Concil. Romanum sub Siricio pontifice Maximo a. 390, et Mediolanense eodem anno, Jovinianum ac Helvidium s: haereticos: s contrarium asserentes, qua haereticos damnavit Concil. Lateran. I. 649.

Nota I. Maria mulier in s. litteris appellata, attamen vox haec mulier alterum sexum universum, n̄ vō certam hujus sexus conditionem significat. Nam et Eva statim post creationem vocabat mulier, etiamsi a viro n̄ erat cognita - in virginitate erat.

Nota II. Desponsata ē̄ Maria virgo viro, ut 1° per generationem Joseph virgo Mariæ et Jesu Xti: s monstraret. 2° Ut Joseph castitatis uxoris ē̄ testis et custos. 3° Ut cuiam beatæ virginis Mariæ et divini ejus Filii generet. 4° Ut virginis, quae de Spiritu S° concepturæ erat, honori consuleret. Has causas adfert s. Hieronimus. Adferunt Patres et 5am causam ē̄: ut mirabilis conceptio s: incarnatio Jesu Satanæ celaret. - s: Phil: 6. Quapropter sine peccato conceptus et natus, prout jam primus demonstravimus, neq; ullum peccatum actuale commisit 1. Joan. 3, 5. „Peccatum in eo n̄ ē̄." ad Hebr. 4, 15. „Non ēm habemus Pontificem, qui n̄ possit compati infirmitatibus nostris: Tentatum ām per ōia s: ē̄: habemus Pontificem: s pro similitudine s: excitatum malis ōibus, simul nos excitamus: s absque peccato, quod quomodo fieri debuerit facile intelligit, ob conjunctionem naturæ Dīnæ cum humana.

Nota II. Praecones verbi Dīni curent diligenter ne loquentes de Jesu homine, et de iis, quae pro nobis ēstimavit, nimis debilem eum sistant, v: tales expressiones eligant, quae justam Dīnam in eo naturam n̄ possunt ferri.

Nota III. Adversarii hujus de Jesu hīe dogmatis sunt varii generis: 1° Ji qui verum corpus Xto abnegarunt, uti sunt Docetae s: apparentes: s et Fantasiastæ ita nuncupati, quia apparens tm corpus v.

v. oculis illudentem corporis humani speciem Xto tribuerunt. Huc pertinent plures Gnostici, deinde Manichaei, qui materiam in se malam statuentes n poterant n eronee de Xti cogitare corpore.

2: Erant illi, qui verum quidem corpus Xto tribuerunt, ast negarunt, tractum illud ee ex materia aut substantia matris, sed formatum ex materia coelesti. Supernaturale atq aeternum corpus de coelo Xtum adtulisse cementi et, quod per Mariam seu per carnalem transierit, quapropter nolebant adhibere hanc formulam „ex Maria" sed usurpabant illam „a Maria" v. „per Mariam." Hujus sententiae plures erant ex Gnosticis, nominatim Valentinus II et Bardesanes Syrus e schola Valentini. Quodsi hi provocant ad Cor 15, 47. ubi de Xto dicit: „Secundus homo de coelo coelestis" perperam sententiae suae praesidium in hoc loco quaerunt. Ea em vba referenda sunt ad dignam Xti naturam, quae homini seu inhabitabat, quam utique de coelo adtulit v. si placet, possunt referri qq. ad naturam humanam, nostro quoad substantiam prorsus similem, sed eximiis ornatum dotibus maxime post resurrectionem, et extraordinario modo prodiisse per Spiritum s. conceptam, et propterea coelestem dictam. Si pergo putant, in verbis Matth 12, 47, 48. Xtum negare e Mariam ee matrem suam, verbis sane ludunt; innuit illm Xtus pro munere suo, matrem et fratres spirituales carnalibus ee praeferendos. Contra hos haereticos consulto Ecclia elegit verba in Symbolo: „natus ex Maria virgine" n vo a Maria.

3: Erant, qui Xto solum corpus absque anima humana tribuerunt, contendentes, locum animae humanae supplevisse v. divinitatem, qui de dna natura bene censerunt, v. vo alterionem aliquam naturam in sensu Arianorum. Dicti sunt hi Apollinaristae et teste s. Athanasio etm aliqui Arianorum.

Adjunctus. Christus Dominus erat praeditus anima hna.

Agnoito auctore Themistio Diacono contendebant, Christum ignorasse diem judicii, accepisse qq. cum mentem humanam ignorantem, ut nos ab ignorantia liberaret.

At Catholicorum communis qer sententia fuit, Christi animam ab ipsa sua creatione repletam scientia et gratia, ita ut nihil

nihil postea didicerit, quod antea nesciret, nec ullam actionem fece-
" rit, aut facere poluerit, quae emendatione egueirit. Jes. II. " Egredietur
" virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet
" super eum Spiritus Dni, Spiritus Sapientiae" Hunc locum nes de
sto intelligunt, hoc idem significant sua illo loco, ubi Xtus dicit: unc-
" tus a Deo Spiritu, ut Ps. 44. " Unxit te Deus tuus"
I. Christum Dominum unctum fuisse Spiritu s. et repletum bibus
donis in ipsa conceptione, adeoq serius proficere n potuisse, testa-
" tur s. Scriptura: " Egredietur etc." Conjungit em Jesajas cum ipsa
incarnatione i.e. conceptione Xti e virgine descensum Spiritus s.
super eum, cum oi donorum suorum copia. Itaque super ipsum
florem i.e. super Jesum Xtum hominem nondum natum, sed conce-
ptum Spir. s. descendit, et repleuit eum sapientia, intellectu, consilio,
fortitudine, scientia et pietate.
II. Quia si anno demum 30o. Dominus Jesus unctus fuisset, non di-
" xisset Angelus ad Pastores Luc. 2. " Natus est vobis hodie Salvator,
qui e Xtus Dnus." Quid est Xtus nisi unctus."
" III. Joan. I. " Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis"... " ple-
" num gratiae et veritatis". Hic em cum incarnatione conjungitur
plenitudo gratiae: loquit, h.l. Joannes de divinitate Verbi: s. -
IV. Si alio tempore quam in conceptione facta e unctio, maxime
in a. 30o. factam ee dicamus necesse est, quando descendit super eum
Spiritus s. et hunc non est facta, nam absurdissimum e dicere, Xtum
a. 30o. accepisse Spiritum S. cum ejus praecursor acceperit in utero
matris suo.
Serius em proficere n potuit, quia initio accepit gratiam sine men-
sura, alii vo, qui profecerunt, acceperunt cum mensura. Sic S. Joannes
Baptista et alii acceperunt quidem gratiam Spiritus s. sed cum men-
sura, hinc proficiebant. Joan I. " De plenitudine ejus nes accepimus."
Christus ho in Incarnatione coepit ee Filius Dei, go hunc debuit re-
pleri bibus donis. Nam filius est haeres bium bonorum paternorum,
nec debuit expectare Xtus successionem e morte Patris, ut postea e.
Christus homo in ipsa incarnatione factus est caput non solum
hominum, sed etm Angelorum, go hunc debuit repleri scientia, sa-

sapientia, gratia et ipsâ etm beatitudine. Neq̃ em conveniebat, ut cã. put cẽt minus ornatum, et minus sapiens, quam sunt membra. - Deinde primus homo et Angeli creati erant in sanctitate, justitia, scientia; multo magis Xtus debuit his doniis repleri; deiñ in Xto e. rat persona divina, quomodo gõ ignorantia laborare posset. —

Adjuncta. Difficultates.

1º Lucas 2. „ Jesus aũ proficiebat sapientia et gratia." Proficiebat sapientia et gratia opinione hominum, quibus in dies magis appe. riebat sapientiam suam. Quomodo sol, quo magis ascendit ver. sus medium cœlum, tto magis dicit, proficere in lumine et calore, non quod in se fiat lucidior et calidior, sed quia magis apparet ejus virtus.

2º Marc. 13. „ De die aũ et hora nemo scit neq̃ filius hominis." Au. gustinus: „ Filius dicitur nescire, quia non sciebat ad dicendum a. lis, et quia eos nescientes faciebat." Vult em Dominus reddere causam, cur non manifestet eum diem, et dixit, causam ẽe, quia non scit, sc: sententia communicabili, i.e. non didicit hoc a Patre, ut revelaret aliis, sed ut sibi secretum hoc servaret."

Nota I. Illicce dies Xto communicatus erat, attm sub hac con. ditione, ne manifestaret hominibus; deiñ quomodo judex vivorum et mortuorum hunc diem ignorare poterat. Xtus praedixit locum judicii, horam, et oes circumstantias, gõ etc....

Nota II. Xtus Jesus integram naturam nostram assumit, uti ha. bet Concil. perfectus Deus, perfectus homo;... attamen et nonnul. lis defectibus assumit, sed non oes, uti assumit famem, sitim, mor. tem, non aũ peccatum etc.

Si aũ in Scriptura legit, Xtum fuisse nobis similem, non est ita intelligendum acsi in oibus nobis fuisset similis, nam conceptus erat supernaturali modo, attamen mater ejus sicut erat antea Virgo, sic et in partu, et post partum virgo permansit, et id ppterea, quia illum de Spiritu S. concepit. Deiñ nos proficiemus sapientia et scientia successive usq̃ ad mortem, in Xto aũ erat statim post nativitatem plenitudo sapientiæ et scientiæ. —

/. z.

Adjuncta ad §21. Quo seculo festum celebrari inceptum?

Maria ab antiquo jam tempore vocatur immaculata et intemerata. In liturgia Jacobi et Basilii. In liturgia Chrysosthomi occurrit festum immaculatae conceptionis beatae Virginis Mariae. Quandonam festum hoc in Ecclesia celebrari incipit, cognoscimus ex ordine officium recitandi Sabbae abbatis Saeculo 6. Saeculo 5. et 6. festum conceptionis Annae activae et Mariae passivae die 9 Decembr. in Ecclesia. Saeculo 9. habemus homilias; saec 12. Lugduni celebratur. Sequentibus seculis hoc festum magis propagabatur. Saeculo 16 officium Pius V recitare jussit. Saeculo 17. Clemens VIII. Festum ad ritum duplicis ordinis erexit. Saeculo 18. cum octava celebratur et in universali Ecclesia hujus observatio praesuscepta est. Inter Universitates praecipue immaculatam B. V. Mariae conceptionem defenderunt: Universitas Parisina a. 1387. - nemo suscipiebatur in universitatem et ad doctoratus gradum admittebatur, nisi spoponderet, se defensurum eo hanc immaculatam conceptionem B. Mariae Virginis verbo et scripto.
Dein eminet Jagellonica v. Cracoviensis Universitas et Bononiensis. Item fecit etm Universitas Coloniensis, Toletana, et aliae universitates in Gallia, Italia, Hispania et Germania. In cultu Mariae praecipue eminebat gens Polonica, in qua habemus adhucdum magnum numerum hymnorum in honorem beatae Virginis Mariae compositorum.
Nota. W roku 1634. Władysław 4. Król polski dał order dla tych, którzy by obowiązali się jako Kawalerowie tego orderu nawet z niebezpieczeństwem życia bronić religii prawdziwego Boga, i cześć najświętszej P. Marygi nieskalanie poczętej, - co potwierdzone zostało od Urbana VIII.

Objectiones.

„ 1. Scripturis dicit: „Talis decebat, ut esset nobis Pontifex sanctus,
„ innocens, impolutus."

Refutatio. Non legimus Jobum, et praeterea de Job legimus, eum fuisse hnem probum, rectum, simplicem, nemo tamen demonstrare audebit, et valebit, eum fuisse a peccato originali immunem. Ex hoc fluit, Jobum neq peccatum habere, neq debitum peccati contrahere vi naturae suae, Maria an ex vi generationis debuit habere hoc peccatum et debitum peccati.

2. Augustinus loquit de peccato actuali.

Refutatio. Loquit de peccatis in genere, gō et de originali, dicit ēm ad vincendum peccatum oī ex parte, gō et originale dicit, pp̄ter honorem Domini, quae vba ut honor sit perfectus, postulant ut B. Vir. go Maria etm ab originali peccato sit immunis. —

3. S. Augustinus dicit: illi plus gratiae collatum fuisse ad vincendum oī ex parte peccatum.

Refutatio. Maria erat peccabilis, indigebat gō gratiā dona ad vitandum peccatum. Solus Xtus ē impeccabilis. Adam et Eva etiam justi erant creati, accipiebant tamen gratiam, quia peccare potuerunt. —

4. Festum B. Mariae immaculatō conceptionis in Ecia ab antiquis temporibus institutum nil probat, quia adfuit festum conceptionis etm Joannis Baptistae – quin tamen quis inferat inde Joannem Baptistam fuisse sine peccato conceptum.

Refutatio. Ecia graeca ideo celebravit illud festum, quia varia mysteria conjuncta erant cum hoc festo, et non ideo, quia sanctae fuit conceptio Joannis Baptistae. —

5. Augustinus dicit, Xtum Redemptorem fuisse B. Mariae V. illam indiguisse redemptione ad remissionem peccatorum.

Refutatio. B. Mariae remissa fuerunt peccata, non quae commisit, sed in quae incidisset, si gratia divina eam n̄ praevenisset, e.g. liberator n̄ tm ille dicit, qui aliquem e carcere eliberat, sed etm qui impedit quominus in carcerem incadat. e.g. David in infernum venisset, nisi Deus ei gratiam dedisset. —

Notio. Duplex distinguit redemptio: objective in se, quatenus nobis salus ē praeparata per mortem et passionem, subjective quatenus objectiva redemptio nobis applicata, qualenus gratia divina nos exornavit – quatenus nos redemit.

1. Xtus induit dm carnem – legit, in s. Scriptura, et non etiam animam assumsit humanam.

Refutatio. Caro venit pro tota humana natura post peccatum, gō vitiositatem, corruptam naturam indigitat.

2. Quare nam Xtus assumsit defectus naturæ nostræ.
Refutatio. Defectus naturæ nostræ nō pertinet ad essentiam naturæ, ad perfectionem naturæ, gō illos tm assumsit defectus, qui utiles erant fini redemtionis, nō ām illos, qui nocivi ēnt e.g. non assumsit peccatum, nō assumsit concupiscentiam, quia ex peccato ē, et ad peccatum ducit, nec assumsit ignorantiam.
3. Est in s. Scriptura legitn: „similis factus in ōibus absq; excepto peccato.
Refutatio. Sub peccato cēs intelliguntn defectus, qui nocivi ēnt fini redemtionis, quemadmodum quoad conceptionem supernaturalem non erat nobis similis, etiamsi dicitn, in ōibus similis." – Surnelli dicit: verba proficiebat apud Deum et homines, pertinere et ad gratiam, et ad aetatem, et sapientiam, – aetate per se intelligitn – sapientia quia publicē manifestabat sapientiam coram Deo et hominibus. – gratia, dilectior in dies evadebat Deo et hominibus. –
4. Si Xtus dixit: „de die illa vl. hora nemo scit, neq Angeli, neq filius hominis," etsi nihilominus Xtus scit, gō et Angeli sciunt. –
Refutatio. Conclusio falsa – nam magnum discrimen inter Xtum et Angelos – tamquam creatorem et creaturam.
5. Ergo Pater eodem sensu scivit quo filius?
Refutatio. Deus Pater nunquam se revelavit in propria persona, sed locutus est per filium.
6. Quare dicit Xtus: „si possibile est transeat calix etc."
Voluit Xtus nāam humanam veram suam manifestare, demonstrare voluit, ne desperemus, si non exaudimur in orationibus. –

§2. Duae in Xto naturae inconfusae et impermixte.

Ex dogmate de Xto vero Deo et homine fluunt dogmata duo, quae quamvis per se intelligantn, propter haereses tamen exortas, expresse ab Ecclia definita sunt, quale ē:
I^um: In Xto sunt duae naturae inconfusae et impermixte, quod dogma sic probamus:
a). Si hocce dogma non staturetn, caderet dogma antecedens, tunc.

a/. ẽm neq dici posset verus Deus, neq verus homo.
b/. Quaelibet sententia, quae contrarium asserit, repugnat, v/. dvnam, v/. humanam Xti naam tollit, dici ẽm deberet, vel
1°. mutatam ee dvnam naturam in humanam, vel vo 2°. humanam elevatam in potentiam dvnam, quae ambo repugnant, cum dvna natura sit immutabilis, nda am finita ad potentiam infinitq elevari n possit v/. 3°. ortam ee ex conjunctione utriusq naturae tertiam aliquam, tunc am nec Deus, nec hō ēēt. -
c/. Inconfusam ee naam utramq patet etm exinde, quia quaelibet natura suas proprietates naturales ita retinuit, dicit/: ut ex locis citatis patet:/ immortalis et mortalis, infirmus et oi potens, aeternus et in tempore natus, unus cum Patre et minor Patre est.
d/. Solemniter promulgatum e illud dogma in Concilio Chalcedonen si hisce vbis: „Docemus unum eundemq Xtum in duabus naturis in confuse, incommutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum pter unionem." Eandem fidem fuisse semper ostendit s. Leo Magnus in Epla ad Flavianum a Synodo Chalcedonensi lecta. -
Nota. Celebratum est am Concilium Chalcedonense contra Eutichianismum, cujus e auctor Eutiches, Presbyter et Archimandrita Constantinopolitanus, qui in Xto post unionem utriusq naturq unam am fuisse naturam defendit. Dicti propterea assecla ejus Monophysitae.

§3. In Christo duae voluntates et duo operationes.

Ex dogmatibus hisce fluit illud de duabus voluntatibus et operationibus in Xto, sequit, em id:
I°. Ex duabus naturis inconfusis et impermixtis, dvnq em et humanae naturq proprietas essentialis e voluntas.
II°. Tradit, expresse in s. Literis, locis §/°. citatis, in quibus de humana Xti voluntate in distinctione dvnq e sermo. Collatis cum

cum illis locis, in quibus Dna Xti voluntas, qua voluit ea et eadem voluit, quae Pater commemorat. Id ipsum dicendum de operationibus ex una parte divinis, quibus mortuos suscitavit sicut Pater, et operatus est sicut ille, ex altera parte hominis, quia de illo legimus ad Philip. 2,8: „Factus obediens usque ad mortem".

3. Fides Esiae apparet ex Epla Agathonis Papae, in Concilio Constantinopolitano 3. recitata, et ex condemnatione Monotheletarum in eodem Concilio oecumenico 6., ubi legit.: „Duas naturales in Christo voluntates et duas naturales operationes et confitemur et praedicamus."

Nota. Adversarios habemus Monotheletas, qui ducibus Theodoro Pharitano s. in Arabia Epso. / Sergio et Cyro sub Heraclio imperatore saeculo 7. incunte, sententiam de una in Xto voluntate et operatione sparserunt. Sive Honorius I in hanc doctrinam consenserit, sive non consenserit, disquiritur in historia. Hic tamen notari meretur, providentiam Dnm in conservanda Esia sua evidens argumentum, cum Honorius ex hac vita discederit, ne forte diutius vivens, illi noxam inferret. Pariter duos intellectus in Xto inee sequitur ex dogmate: „Unum verum Deum et verum hominem ee", licet definitio dogmatica hac super re n exstet ab Esia lata; definivit em illa dogmata exorta haeresi Ttm, utpote occasione oblata. –

§4. Incarnationis mysterium.

In hisce am Dna Revelatio non subsistit, sed ulterius progrediens docet, naturas inconfusas et impermistas in Xto junctas ee in una persona eaq divina. In hoc consistit mysterium incarnationis, cujus notio et realitas nunc est demonstranda.

Intelligit nempe nomine Incarnationis Dominicae conjunctio Dnae et humanae naturae in unitate personae et quidem Dnae; et quidem sub incarnatione intelligimus factum ipsum Dnum hujus conjunctionis utriusq naturae; Status, qui ex hac incarnatione progredit, dicit: unio hypostatica. –

Illa am unio duarum naturarum in Xto, si rem accuratius describamus, non est:

I. Vulgaris, uti in concursu Dei ad actiones creaturarum, nec
II. Moralis tantum, ut in concursu amicorum, dum unus alterve idem
volunt, nec
III. naturalis, ubi in conjunctione rerum sensibilium, ubi res nova
resultat e.g. ex commixtione aquae cum vini, nec
IV. Temporaria, ubi in Prophetis per inspirationem. Sed haec unio
hypostatica e unio plane singularis, cujus analogon in rerum natura
non datur, e realis, ut ipse Filius Dei verbum, secunda divinitatis
persona, cum hac jungatur, unio continua a primo incarnationis
momento perdurans semper.
Jlancce doctrinam ad mysterium sat strictissimo pertinere v. ex
descriptione ejus patet, quae cum dicit s. Leo ad Flavianum, „actio
humana explicare poterit, quomodo salva proprietate utriusque
„ naturae, et in unam coeunte personam suscepta fuerit: a matre
„ tate humilitas, a virtute infirmitas, ab determitate mortalitas"
/symbol: Athanas: „jnam sicut anima rationalis et caro unus
„ est homo, ita Deus et homo unus est Xtus"/
Doctrinam hanc accuratius adhuc intelligemus, si qualis sit hae-
resis opposita sciamus. Opponit sc: haeresis Nestorianismi
doctrinae catholicae, contra quam celebratum e Concilium Ephesi-
num, sustulit am Nestorius in Xto unionem hypostaticam,
duas in illo assumens personas. Est ergo doctrina catholica
inter Eutichianismum et Nestorianismum media, cum illo as-
sumens unam personam, respuens confusionem naturarum,
cum hoc defendens inconfusas naturas, sed negans dualita-
tem personarum contra Nestorii placita macte pugnasse s.
Cyrillum Alexandrinum ex historia constat. Mysterium am
nostrum nunc et hale, a quo possibilitas Redemptionis nostrae
pendet, sic probamus:

§5. Probatur mysterium

I. Ubicung in s. Literis de Xto sermo e, semper unus dicit, qui
Deus et ho e, neq ullum vestigium ade, quo indigitet, separari

separari posse naturas, v/. duplicem ẽ Xtum. Textus primarius ẽ Joan 1,14.: „Verbum caro factum ẽst /: idem sc: ille, qui Dꝰ ẽ ab aeterno, hō factus in tempore :/ et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis." Vide„ mus, eum eundem Xpti, qua hōnem vio, sed eundem unum in gloria„ Patris unigenitum. Dei uno eodemq Deo et homine sermo ẽ qque„ ad Rom. 9, 5.„ Ex quibus est Xtus secundum carnem, qui est Deus„ super oia benedictus in saecula." Pariter ad Philipp. 2, 7.„ Qui cum„ in forma Dei eet, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens,„ quapropter et unus mediator dicit, Xtus I. Tim. 2, 5.„ Unus dom„ nus." I. Cor. 8, 6. Ut adeo certum sit, de una Xtm persona in Xto s. Literas loqui, non separanda ullat duas nãas in Eo agnoscant.

II. Xtus propterea ctm de se et Apostoli de Eo uno individuo alteri„ buta dna et humana praedicant; ille ẽm ipse de se Joan 10, 30.„ dicit:„ Ego et Pater unum sumus;" de se eodem asserit 14, 20.„ Pa„ ter major me est." Pariter Petrus act 3, 5.„ Auctorem vitæ inter„ fecistis," seu idem ille, qui Deus et homo in eadem persona una ẽ, mortali a vobis traditus ẽst.

III. Una haec Dei hominis persona praedicata semper fuit in Ecia. Dicit em Symbolum Apostolorum:„ Credo in Jesum Xtum Filium Dei„ unicum, natum ex Maria Virgine." Pariter Nicæno-Constantino„ politanum, porro symbolum Athanasianum:„ Non duo, sed unus„ est Xtus, licet Deus sit et hō, unus vio ꝛ confusione substan„ tiae, sed unitate personæ." Concilium ām Ephesinum approbavit„ anathematismos S. Cyrilli, in quorum 2dꝰ legimus:„ Si quis non„ profitetur, verbum carni secundum hypostasin unitum, unum„ ẽ Xtum, eundem nimirum Deum et hominem, anathema sit."„ Sicque doctrinam Nestorii damnavit. –

Sic gō probavimus realitatem incarnationis seu catholicō, qua„ tenus Duo naturæ in Xto juncta sunt in una persona. Esse ām hanc personam dnam absq haesitatione ẽ affirmandum, cum em verbum divinum ab aeterno sit, propriamq ab aterno substantiam.

seu personalitatem habet, neq; eam ob immutabilitatem amittere potuit; consequens est Dñam naturam suam personalitatem retinuisse; humanam aũ personalitate cărere, tolamq; in Dña natura haerere, aut subsistere, quod idem est, „ūm unam personam in Xto eē, personam Dñam." Reliquae aũ determinationes, quas proposuimus per se fluunt; si ẽm hypostaticē utraque natura juncta erat, nec vulgaris, nec moralis ūm, nec naturalis; ut patet ex condemnatione Eutichetis: fuit, et necessario statuit, „eam conjunctionem eē aeternam" i.e. nunquam cessaturam, quia secus statui deberet, naturam Xti humanam, adeoq; naãm rationalem, et quidem tam excellentem et tantopere meritam in nihilum redigi, utpote quae sine substantia in λόγῳ per se nullam substantiam propriam habet. -

Nota I. Xto homini ob conjunctionem cum natura Dña deberi cultum latriæ (adorationem) per se patet, est ẽm persona Dña.

Nota II. Porro aũ ex dictis sine haesitatione statuendum ẽt, corpori Xti triduo illo, quod in sepultura fuit, cultum latriæ impendendum fuisse, utpote a quo, separata anima, quacum patiter divinitas unita mansit, Dnitas n̄ erat separata, cum hypostatica cum toto Jesu hanc unionem defendamus. Conferri potest Petavius de Incarnatione L12. cap. 19. Ex quo apparet eē hanc catholicam doctrinam, quamvis aliqui, sed pauci admodum quoad corpus contrarium defenderint. An sanguini quoque Xti patenti, fuso per hoc triduum unita fuerit Dnitas, disputarunt multum. Scotistae et Thomistae tedente Pio V. a. 1464. Pontifex utrique parti silentium imposuit. Post Resurrectionem Xtum sanguinem fusum assumisse, communior ẽ sententia.

Adjuncta ad §5.

